



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.


2015
e. 41


2015 e. 41

= C. Tbnr. B. 155

C Lat. M. 145







1

2

3

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA.

POMPONII MELAE

DE

CHOROGRAPHIA

LIBRI TRES. III.

RECOGNOVIT

CAROLUS FRICK.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXX. 84m

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA.

A. Griechische Autoren.

Aeliani opera, 2 voll.	Mk. 9 —	Isaeus	Mk. 1 20
— varia historia	" — 90	Isocratis orationes, 2 voll.	" 2 70
Aeneae comment.	" 1 35	Iulianus, 2 voll.	" 6 75
Aeschinis orationes	" — 90	Luciani opera, 3 voll.	" 6 30
Aeschyli tragoediae	" 1 20	Lycurgus	" — 60
Aesopicae fabulae	" — 90	Lydus de ostentis	" 2 70
Anacreon	" 1 —	Lysiae orationes	" 1 20
Andocidis orationes	" 1 20	Manetho	" 1 50
Anthologia lyrica	" 4 50	Maximi et Ammonis carmina	" 1 80
Antiphontis orationes	" 2 10	Metrologici scriptores, 2 voll.	" 5 10
Apollodorus	" 1 —	Nicephori opuscula	" 3 30
Apollonii Rhodii Argonaut.	" 1 —	Nicomachus Gerasenus	" 1 80
Appiani hist. Romana. Vol. I.	" 4 50	Nonnus, 2 voll.	" 9 —
Aristophanis comoediae, 2 voll.	" 3 —	Onosander	" 1 20
Aristoteles de part. animal.	" 1 80	Pausanias, 2 voll.	" 3 60
— de arte poetica	" — 60	Philostrati opera, 2 voll.	" 8 25
— physica	" 1 50	Pindari carmina	" 1 —
— Ethica Nicom.	" 1 80	Platonis dialogi, 6 voll.	" 10 50
Arriani expeditio Alex.	" 1 20	Plotinus, 2 voll.	" 6 —
— scripta minora	" 1 —	Plutarchi vitae, 5 voll.	" 8 40
Athenaeus, 4 voll.	" 12 —	Plutarchi moralia. Vol. I	" 1 80
Babrii fabulae	" — 60	Polemon	" 1 —
Bucolici Graeci	" — 60	Polyaenus	" 4 50
Cebetis tabula	" — 60	Polybius, 4 voll.	" 10 80
Demosthenis orationes, 3 voll.	" 4 50	Porphyrius	" 1 80
Dinarchi orationes	" 1 —	Proclus	" 6 75
Dio Cassius, 5 voll.	" 13 50	Quintus Smyrnaeus	" 1 50
Dio Chrysostomus, 2 voll.	" 5 40	Rerum natur. Script. Graeci. Vol. I.	" 2 70
Diodorus Siculus, 5 voll.	" 15 75	Rhetores Graeci, 3 voll.	" 9 —
Dionysius Halic. 4 voll.	" 10 80	Simeon Seth.	" 1 80
Epicorum Graec. fragmenta. I.	" 3 —	Sophoclis tragoediae	" 1 50
Erotici scriptores, 2 voll.	" 7 50	Stobaei florilegium, 4 voll.	" 9 60
Eudociae violarium	" 7 50	— eclogae, 2 voll.	" 6 —
Euripides, 3 voll.	" 5 70	Strabo, 3 voll.	" 6 —
Eusebii. Vol. I—IV	" 15 —	Themistii paraphrases, 2 voll.	" 6 —
Fab. Rom. graecae conscr. Vol. I.	" 3 75	Theodorus Prodromus	" — 50
Heliodorus	" 2 40	Theophrastus Eresius, 3 voll.	" 6 60
Herodianus	" 1 20	Theophrasti characteres	" 1 20
Herodoti historiae, 2 voll.	" 2 70	Theo Smyrnaeus	" 3 —
Hesiodus	" — 45	Thucydides, 2 voll.	" 2 40
Historici graeci min., Vol. I & II	" 8 25	Xenophontis expeditio Cyri	" — 75
Homerus. 2 voll. 4 Partes à	" — 75	— — Editio major	" 1 20
— — m. Einl. v. Sengebusch à vol.	" 2 25	— historia graeca	" — 90
Hymni Homerici	" — 75	— institutio Cyri	" — 90
Hyperidis orationes	" 1 35	— commentarii	" — 45
Iliadis carmina XVI, ed. Köchly	" 3 —	— scripta minora	" — 90
Iosephus Flavius, 6 voll.	" 12 60	Zonaras. 6 voll.	" 15 75

B. Lateinische Autoren.

Ammianus Marcellinus. 2 voll. Mk. 7 20	Censorinus	Mk. 1 20
Anthimi epistula	Ciceronis opera ed. Klotz. 11 voll.	" 2 35
Anthologia lat. Vol. I. fasc. I & II	Ciceronis opera ed. Müller. IV. 1—3a	" 2 10
Augustinus de civit. Dei, 2 voll.	Ciceronis oration. selectae. 2 voll.	" 1 50
Aulularia ed. Peiper	Ciceronis oratt. XVIII. ed. Eber-	" 2 —
Boetii libri de inst. mathem.	hard et Hirschfelder.	" 2 —
— de consolatione libri V	Ciceronis epist. select. Pars I & II	" 2 50
— comm. in Aristot. I.	— — ed. Wesenberg. 2 voll.	" 6 —
— — II	Commodianus. Part. I & II.	" 2 70
Caesaris commentarii ed. Dinter,	Cornelius Nepos	" — 30
Vol. I. II. III. à Vol.	Curtius Rufus	" 1 20
— — Ed. minor (in 1 vol.)	Dares Phrygius	" 1 20
— — de bello Gallico. Ed. min.	Dictys Cretensis lib. VI	" 1 50
— — de bello civili. Ed. minor	Dracontii carmina	" 1 20
Cassius Felix	Eutropius	" — 30
Catulli Tibulli Propertii carmina	Florus et Ampelius	" 1 —
Catullus	Frontinus	" 1 50
Celsus	Gajus	" 2 70

Teubner B 155

POMPONII MELAE

DE

CHOROGRAPHIA

LIBRI TRES.

RECOGNOVIT

CAROLUS FRICK.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXX.

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI.

HERMANNO PETRI

DIRECTORI GYMNASII HUXARIENSIS

S.



PRAEFATIO

Pomponius Mela Tingenterae in oppido Hispaniae Baeticae natus¹⁾ de chorographia libros tres composuit anno 40/41 p. Chr. imperatore Caligula, cuius de Britannia triumphum haud dubie innuit III 49: „quippe tamdiu clausam (sc. Britanniam) aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante se verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.“ Quae verba non ad Claudii triumphum anno 44 p. Chr. de Britannis actum referenda esse — id quod voluit Bursian in Iahnii annal. XCIX (1869) p. 630 — nuper in Philol. XXXIV p. 741 ex eo collegi, quod Mela divisionem Mauretaniae in Mauretanium Tingitanam et Mauretanium Caesariensem ab hoc principe factam ignorat²⁾.

Melae orbis descriptio arte rhetorica condita³⁾ lecto-

1) v. II 96.

2) v. I 25—33; Dio 60, 9, 5; Plin. N. H. V 2, 11; J. Marquardt Römische Staatsverwaltung I p. 323.

3) v. I 1 facundiae minime capax; Tzschucke t. I p. XXXV. Melam Sallustii imitatore fuisse vidit F. Vogel in actis Seminarii Philologici Erlangensis 1878 p. 317, sed numerus exemplorum, quibus consensum utriusque scriptoris demonstrare studeat, multo amplificandus est. Non absonum videtur locos colligere:

Mela	Sallustius
II 81 lacus — tenuis aditu	I. 91, 7 locus — aditu difficilis
I 57 intima aedium	C. 20, 1 abdita pars aedium
I 34 Carthago Romani imperii pertinax aemula	C. 10, 1 Carthago, aemula imperii Romani
II 92 Saguntum fide atque aerumnis incluta	H. II 21 D. Saguntini fide atque aerumnis incluti
I 115 Tanais — aestus hiememque iuxta ferens	I. 85, 33 hiemem et aestatem iuxta pati
II 86 penuria aquarum	I. 17, 5 paenuria aquarum
I 106 asperi inculti	I. 18, 1 asperi incultique
III 28 asperi incultique	

ribus multa praebebat invitamenta, itaque factum est, ut non solum a veteribus, sed etiam a posterioris aevi

Mela	Sallustius
I 110 ferae incultaeque gentes	I. 80, 1 genus hominum ferum incultumque
III 21 Garunna — iactat navigantes atrociter	I. 37, 1 atrociter respublica agitabatur
III 95 campi patentes	I. 101, 11 } campi patentes 105, 3 }
I 41 cibus est caro plurimum ferina	I. 18, 1 cibus erat caro ferina
III 28 carne vescantur	I. 89, 7 ferina carne vescebantur
I 37 condicione bellum dirimere	I. 112, 1 conditionibus bellum poni posse
III 51 longius a continenti	H. III 57 longe a continenti
III 93 detracta occisis coria	H. IV 2 coria recens detracta
III 95 crebri ignes micant	I. 98, 6. 106, 4. H. III 67, 5 crebri ignes
III 100 exusta	I. 19, 6 loca exusta
III 35 ferire hostem	C. 7, 6. 60, 4. I. 85, 33 hostem ferire
I 21 malefico genere animalium II 126 malefico genere serpentium	I. 17, 6 malifici generis animalia
III 102 abundant sua sponte genitis	H. I 61 suoapte ingenio alimenta gignunt
III 91 incessit libido	C. 13, 3 libido incesserat
I 107 inconditis moribus	H. I 33 inconditae vitae mos
III 100 infesta serpentibus	I. 89, 5 infesta serpentibus
III 38 mare — saevum sine portibus	I. 17, 5 mare saevom inportuosum
III 28 ius in viribus	H. I 33 ius in viribus
I 41 vasa ligno fiunt	I. 75, 4 vasa lignea
I 41 domicilia quae mapalia appellantur	I. 18, 8 aedificia, quae mapalia illi vocant
I 42 ubi dies deficit ibi noctem agunt	I. 18, 2 sedes quas nox coegerat, habebant
II 12 exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant	C. 22, 1 humani corporis sanguinem vino permixtum — degustavissent
I 64 armis petere	C. 21, 1 armis petere
II 2 pro sedibus plaustra habent	H. III 51 quibus plaustra sedes
I 45 armenta prona	C. 1, 1 pecora natura prona

scriptoribus saepius adhiberetur. Plinius enim Melam inter fontes Naturalis historiae librorum 3. 4. 5. 6. 8. 12. 13. 21. 22 laudat, a Solino eum identidem exscriptum esse, Th. Mommsen docuit.⁴⁾ Praeterea scholiastam ad Iuvenalem⁵⁾, Servium⁶⁾, Iornandem⁷⁾, Freculphum⁸⁾, Boccatium⁹⁾ multa ex eo deprompsisse constat. Quae omnia editori non sunt negligenda, quamquam Boccatium, qui Melam in libris de Genealogia Deorum et de montibus, silvis, fontibus, fluminibus, stagnis etc. passim compilavit et a ceteris editoribus codicis instar aestimatus est, ex libro deterioris ordinis sua hausisse mihi persuasum est. Praebet enim non solum inscriptionem „de cosmographia“, quam deteriores libri in fronte habent, sed etiam ad reliqua cum his consentit, a codice Vaticano A discrepat.

Quibus iam attigimus quaestionem de Melae codicibus. Atque magnus quidem eorum numerus ad nostram aetatem devenit, sed valde dolendum est, quod Melae libro edendo unus tantum Vaticanus 4929 ser-

Mela	Sallustius
II 67 Italiae frons in duo cornua se scindit	H. IV 18 Italia — scinditur in duo promunturia
III 104 passim vagari	I. 98 1 vagari passim
I 41 victus asper et munditiis carens	I. 89, 9 neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant (I. 85, 40 munditiae mulieribus conveniunt)

Ceterum cf. de Sallustio Melae fonte geographico E. Schweder die Concordanz der Chorographien des Pomponius Mela und des Plinius. Kiliae 1879 p. 17 sq.

4) Solinus ed. Mommsen p. XI et passim.

5) ad sat. 2, 160 cf. Bursian l. l. p. 631.

6) ad Aen. IX 31, IV 146 cf. Bursian l. l.

7) de rebus Geticis Cap. III.

8) in Chron. I 2, 16.


9) A. Hortis, la corografia di Pomponio Mela attribuita falsamente a Giovanni Boccaccio (Archeografo Triestino N. S. VI, 3 p. 300 sqq.).

vire potest, ex quo ceteros omnes manasse Bursian l. l. apprime sagaciter evicit. Quod cum a Melae editoribus ita neglectum esse viderem, ut praeter Vaticanum illum reliquos aperte interpolatos codices tamquam ex archetypo et ipsos derivatos adhiberent, novam editionem curandam institui, cum praesertim Gustavus Parthey, recentissimus editor, emendatoris officio parum functus sit.¹⁰⁾

Fundamentum igitur huius editionis est codex Vaticanus 4929 saec. X, accuratissime ab Augusto Mau denuo in meum usum excussus; quo de codice quae disseruit Adolphus Michaelis¹¹⁾ paucis supplenda sunt.

Neque enim ceteri neque Michaelis satis dignoverunt, codicem secunda et tertia manu correctum esse, quarum hanc primae manui contemporaneam, illam saeculi XII esse Augustus Mau testatur. Quae cum ita sint, ante omnia quae sit inter singulas manus ratio perpendendum est.

Atque si perlustraveris commentarium criticum, facile intelleges secundae manus scriptorem codicem neque ex ingenio neque ex eodem quo usus est primae manus scriptor exemplari emendasse, immo speraverim fore ut mecum de tali stemmate consentias:



10) v. Bursian l. l. p. 629.

11) ap. Parthey p. X sqq.

Primum enim multa, quae a codicis scriptore ommissa sunt, nimirum quod in eius exemplari non iam satis legi poterant, secunda manu in spatio vacuo postea addita esse videmus.

Exempla sunt haec: II 70 (et Aver)nus III 7 (Cu)neo III 10 Lambri(acam) III 13 exit (et Libyca) III 13 nomine (sacrae) III 14 (at ab eo) flumine III 14 in(cipiunt orae) III 14 (latae ad)huc III 14 con(trahere usque adeo semet et terris angustantibus ut earum) III 14 duo (maria) III 15 (Atu)ria III 15 Magra(da. Vardulli una) III 25 spectat (oceani)co III 95 tractu (lon)gis. — Alia in margine inferiore adiecta sunt: I 56 marmore exstructus (ac tectus, unum in se descensum habet, intus) III 86 auri (quam aeris est: ideo quod minus est pretio)sus. Quae omnia in uno eodemque exemplari secundam manum legisse, primam legere non potuisse, eo minus concedendum est, quod uno saltem loco manifestum glossema in margine secunda manu additum invenimus: I 8 ad nilū. africā. ad tanain. europen. Accedit, quod utraque manus in rebus orthographicis ita dissentit, ut primam quidem rudem prorsus et barbaram rationem, veriore tamen secutam esse, secundae orthographiam magna ex parte non Melae sed librario deberi appareat. Praebet enim scriptor primae manus identidem *adque* pro *atque*, *ad* pro *at*, *Athlantas* pro *Atlantas*, *Aethna* pro *Aetna*, *Britanicum* pro *Britannicum*, *catabatmos* pro *catabathmos* etc., verumtamen hisce exemplis fides eius perfecte demonstratur: I 52 umentes *A*¹ humentes *A*² I 54 hiemps *A*¹ hiems *A*² III 62 harundinum *A*¹ arundinum *A*². III 100 harenis *A*¹ arenis *A*² III 101 harenis *A*¹ arenis *A*² I 102 harenoso *A*¹ arenoso *A*² III 80 referendus *A*¹ referendus *A*². Quamquam igitur secunda manus multa qualia commemoravi scripturae menda merito removit, tamen eam ex libidine orthographiam tractasse statuendum est, imprimis cum de

novissimis praepositionum consonantibus in compositis agatur, quas prima manus centies servavit, secunda toties assimilatione quae vocatur delevit. Quoniam autem minus verisimile est, hominem indoctum saec. X talia excogitasse, secundam manum etiam in rebus orthographicis ex fonte suo pendere probatur.

Quae omnia si consideramus, facere non iam possumus quin utramque manum diversis exemplaribus usam esse iudicemus, quae tamen ut inter se propinqua et finitima fuisse contendamus, eo adducimur, quod et alios errores et lacunas¹²⁾ nonnullas utrique manus communes esse percepimus. Quam ob rem non multum a vero aberrasse videmur, cum in stemmate explicando *y* et *z* ex eodem fonte *x* manasse indicabamus. Restat ut de tertiae manus auctoritate verba faciamus. Verum tam pauca sunt tamque ambigua, quae haec manus sola habet, ut certi quidquam definiri non possit.

Iam de archetypi natura atque condicione, qualis ex codicis subscriptione necnon ex primae et secundae manus lectionibus comparatis accurateque examinatis appareat, iudicium feramus necesse est. Atque subscriptione¹³⁾ libri tertii fit perspicuum, archetypum saec. V Ravennae a Flavio Rusticio Helpidio Domnulo, consistorii comite, litteris maiusculis, ut diiudicavit Bursian¹⁴⁾, conscriptum et emendatum esse. Singulos autem versus eius triginta quinque litteras continuisse satis ingeniosa est suspicio Curtii Wachsmuth, quam mecum communicavit vir doctissimus, eo probata, quod quae adduntur I 56 et III 86 manu secunda in inferiore margine triginta quinque litteris (III 86 *psis* = *persis*) constant, ita ut bis primam manum vel po-

12) v. paulo infra.

13) v. Michaelis l. l. O. Jahn, Berichte der sächs. Ges. d. Wiss. phil.-hist. Cl. 1851 p. 345 sqq. Bursian l. l. p. 632.

14) l. l. p. 632 corruptelis doctus (saepissime *C* et *G*, *F* et *E* confunduntur).

tius eius fontem archetypi versum praetermisisse consentaneum sit.

Alia vero cum neque prima neque secunda manu adiecta sint iam in archetypo ipso librarii negligentia, saepius per homoeoteleuta, interciderunt, quae sunt I 6 I 12 I 14 I 51 I 60 I 75 II 4 II 20 II 50 III 39 III 53 III 56 III 70 III 71. Neque minus rara glossematum, quae iam in archetypi contextum irrepsisse consensu primae et secundae manus declaratur, sunt exempla, quorum numerus a nobis auctus hic est: I 17 I 56 I 57 I 103 I 106 II 5 II 11¹⁵⁾ II 13¹⁶⁾ II 32¹⁷⁾ II 37¹⁸⁾ II 47¹⁹⁾ II 79 II 122²⁰⁾ III 14 III 53. Interdum etiam ordo verborum perturbata erat: III 8 in medium fere munda III 88 equinis auribus et, unde commotus verba II 102 „se inmittens recto iugo“ aliter disposui, ut rectus sensus restitueretur. Denique multa alia iam in archetypo corrupta fuerunt, ita ut ampla emendandi occasio data sit, qua in provincia Curtium Wachsmuth ea qua est liberalitate mihi adfuisse consilio atque opera, grato animo profiteor.

Dabam Huxariae Februario anni MDCCCLXXX.

Carolus Frick.

15) pecorum durant *A* „perdurant“ coniecerunt Schottus et Ciacconius consentiente Bursiano, abhorrente notione verbi „perdurare“ apud Melam (III 78).

16) „referre“ ex eis quae sequuntur „qui plurimos rettulere“ additum esse videtur; mirum quod nemo perspexit sensum hac voce perturbari.

17) „athus freto navigabili pervius“ verba sunt librarii de quo sermo sit in margine adnotantis, postea contextui inserta.

18) in commentario critico lege: 21. obiacet *add. A ante tum om. x.*

19) de litore totius Hellados, non Atticae, disserit Mela.

20) verbis „corsica etrusco“ librarius illa „Corsica litori propior“ explicare voluit.

INDEX NOTARUM.

- A* = codex Vaticanus 4929.
*A*¹ = prima manus. *A*² = secunda manus. *A*³ =
 tertia manus.
x = reliqui codices aut omnes aut plerique.
v = lectio vulgata.
 < > = litterae in rasura scriptae.
 // = littera erasa.
- Barbarus = Pomponius Mela cum praefatione Hermolai
 Barbari 1493.
 Bursian = Recensio editionis, quam curavit Gustavus
 Parthey, in Fleck. annal. 1869 p. 629 sqq.
 Ciacconius = Petri Ciacconii notae in editione A. Gronovii
 1748.
 I. Gronovius = editiones Iacobi Gronovii. Lugd. Bat. 1685
 et 1696.
 A. Gronovius = editiones Abrahami Gronovii. Lugd. Bat. 1722.
 1743. 1748 (1782 Wirceburgi).
 Kappius = editio Io. Kappii.
 Curiae Regnitianae 1774.
 Mariangelus = de hoc cf. Mela ed. Tz. I p. CXLII.
 Mueller = I. A. Muelleri prolusiones scholasticae 1789
 — 1802.
 Olivarius = Pomponius Mela cum Petri Olivarii scholiis
 1536.
 Parthey = Gustavi Parthey editio Berol. 1867.
 Perizonius = Iacobi Perizonii notae in editione A. Gronovii
 1748.
 Pintianus = Nonii Pintiani (Fr. Nuñis de la Yerva) editio.
 Salmanticae 1498.
 Reinoldius = Io. Reinoldii editio. Iscae 1711.
 Sanctius = Fr. Sanctii editio. Salmanticae 1598.
 Schottus = Andr. Schottii editio. Antwerpiae 1582.
 Vadianus = Io. Vadiani editio. Viennae 1518.
 Vinetus = Eliae Vineti editio. Parisiis 1572.
 Vossius = Isaaci Vossii editiones (1658. 1700) et obser-
 vationes. 1686.
 Tzschucke = Henrici Tzschuckii editio. 1807.

p. 15 v. 12 *lege* Casio (Cassio *A*).

p. 65 v. 12 *lege* Pesticos (Paesicas *A*).

POMPONII MELAE
DE
CHOROGRAPHIA

Liber I.

5 Orbis situm dicere aggredior, impeditum opus et 1
facundiae minime capax (constat enim fere gentium
locorumque nominibus et eorum perplexo satis ordine,
quem persequi longa est magis quam benigna materia)
verum aspici tamen cognoscique dignissimum, et quod,
10 si non ope ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione
pretium operae attendentium absolvat. dicam autem 2
alias plura et exactius, nunc ut quaeque erunt c aris-
sima et strictim. ac primo quidem quae sit forma
totius, quae maximae partes, quo singulae modo sint
15 atque habitentur expediam, deinde rursus oras omnium
et litora ut intra extraque sunt, atque ut ea subit ac
circumluit pelagus, additis quae in natura regionum
incolarumque memoranda sunt. id quo facilius sciri
possit atque accipi, paulo altius summa repetetur.

20 Omne igitur hoc, quidquid est cui mundi cae-¹₃
lique nomen indidimus, unum id est et uno ambitu
se cunctaque amplectitur. partibus differt; unde sol
oritur oriens nuncupatur aut ortus, quo demergitur
occidens vel occasus, qua decurrit meridies, ab adversa
25 parte septentrio. huic medio terra sublimis cingitur 4

12. nunc autem ut *A* nunc ut *Vossius*
Pomponius Mela.

20. omme *A*
1

undique mari, eodemque in duo latera quae hemisphaeria nominant ab oriente divisa ad occasum zonis quinque distinguitur. mediam aestus infestat, frigus ultimas; reliquae habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. antichthones alteram, nos alteram 5 incolimus. illius situs ob ardorem intercedentis plagae incognitus, huius dicendus est. haec ergo ab ortu porrecta ad occasum, et quia sic iacet aliquanto quam ubi latissima est longior, ambitur omnis oceano, quattuorque ex eo maria recipit; unum a septentrione, a 10 meridie duo, quartum ab occasu. suis locis illa referentur. hoc primum angustum nec amplius decem milibus passuum patens terras aperit atque intrat. tum longe lateque diffusum abigit vaste cedentia litora, iisdemque ex diverso prope coeuntibus adeo in artum 15 agitur ut minus mille passibus pateat. inde se rursus sed modice admodum laxat, rursusque etiam quam fuit artius exit in spatium. quo cum est acceptum, ingens iterum et magno *** et paludi ceterum exiguo ore coniungitur. id omne qua venit quaque dispergitur 20 uno vocabulo Nostrum mare dicitur. angustias introitumque venientis nos fretum, Graeci porthmon appellant. qua diffunditur alia aliis locis cognomina acceptat. ubi primum se artat Hellespontus vocatur, Propontis ubi expandit, ubi iterum pressit Thracius 25 Bosphorus, ubi iterum effudit Pontus Euxinus, qua paludi committitur Cimmerius Bosphorus, palus ipsa Maeotis. hoc mari et duobus inclutis amnibus, Tanai atque Nilo, in tres partes universa dividitur. Tanais a septentrione ad meridiem vergens, in mediam fere 30 Maeotida defluit; et ex diverso Nilus in pelagus. quod

1. eodemque *corr. in eademque* A¹ eodemque *Vinetus* 1. 2. hemisphaeria A 5. antichthones A 19. magna^o A *lacunam indicavit Bursian* 22. partmon A porthmon x 28. inclutis A 31. maeotidam A got A²

terrarum iacet a freto ad ea flumina ab altero latere Africam vocamus, ab altero Europen; ultra quicquid est Asia est.

Tribus hanc e partibus tangit oceanus, ita no-²
 5 minibus ut locis differens, Eous ab oriente, a meridie
 Indicus, a septentrione Scythicus. ipsa ingenti ac
 perpetua fronte versa ad orientem tantum ibi se in
 latitudinem effundit quantum Europe et Africa et quod
 inter ambas pelagus inmissum est. inde cum aliqua-
 10 tenus solida processit, ex illo oceano quem Indicum
 diximus, Arabicum mare et Persicum, ex Scythico
 Caspium recipit; et ideo qua recipit angustior, rursus
 expanditur, et fit tam lata quam fuerat. dein cum iam
 in suum finem aliarumque terrarum confinia devenit
 15 media nostris aequoribus excipitur, reliqua altero cornu
 pergit ad Nilum altero ad Tanain. ora eius cum alveo 10
 Nili amnis ripis descendit in pelagus, et diu sicut illud
 incedit ita sua litora porrigit; dein fit venienti obviam,
 et primum se ingenti ambitu incurvat, post se ingenti
 20 fronte ad Hellesponticum fretum extendit; ab eo iterum
 obliqua ad Bosphorum, iterum iterumque ad Ponticum
 latus curva, aditum Maeotidos transverso margine ad-
 tingit, ipsam gremio ad Tanain usque complexa fit ripa
 qua Tanais est. in ea primos hominum ab oriente 11
 25 accipimus Indos et Seras et Scythas. Seres media
 ferme Eoae partis incolunt, Indi *et Scythae* ultima:
 ambo late patententes neque in hoc tantum pelagus effusi.
 spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici
 maris, nisi quoad aestus inhabitabilem efficiunt, diu
 30 continuis gentibus occupant. spectant et septentrionem
 Scythae, ac litus Scythicum, nisi unde frigoribus ar-

2. post Europen add. A² in marg. inferiore ad nilū. africā.
 ad tanain. europen om A¹ 2. 3. 4. <ultra — tan>git A 6.
 schyticus A 8. altitudinem A 23. ipsa A ipsam Vossius
 tanaī// A cōplexa A 26. et Scythae post Indi add. editio
 a. 1477 Venetiis impressa

- 12 centur, usque ad Caspium sinum possident. Indis
proxima est Ariane, deinde Aria et Cedrosis et Persis
ad sinum Persicum ***. hunc populi Persarum am-
biunt, illum alterum Arabes. ab his quod in Africam
restat Aethiopum est. illic Caspiani Scythis proximi 5
sinum Caspium cingunt. ultra Amazones ultraque eas
13 Hyperborei esse memorantur. interiora terrarum mul-
tae variaequae gentes habitant, Gandari et Pariani et
Bactri, Sugdiani, Pharmacotrophi, Chomarae, Choa-
mani, Propanisadae, Dahae super Scythas Scytharum- 10
que deserta, ac super Caspium sinum Comari, Massa-
getae, Cadusi, Hyrcani, Hiberi, super Amazonas et
Hyperboreos Cimmerii, Cissianti, Achaei, Georgili,
Moschi, Cercetae, Phoristae, Rimphaces, atque ubi in
nostra maria tractus excedit Matiani, Tibarani et no- 15
tiora iam nomina Medi, Armenii, Commageni, Murrani,
Vegeti, Cappadoces, Gallograeci, Lycaones, Phryges,
14 Pisidae, Isauri, Lydi, Syrocilices. rursus ex his quae
meridiem spectant *** eademque gentes interiora litora
tenent usque ad sinum Persicum. super hunc sunt 20
Parthi et Assyrii, super illum alterum Babylonii, et
super Aethiopas Aegyptii. ripis Nili amnis et mari
proxima idem Aegyptii possident. deinde Arabia an-
gusta fronte sequentia litora adtingit. ab ea usque
ad flexum illum quem supra rettulimus Syria, et in 25
ipso flexu Cilicia, extra autem Lycia et Pamphylia,
Caria, Ionia, Aeolis, Troas usque ad Hellespontum.
ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosphorum. circa
Pontum aliquot populi alio alioque fine uno omnes

2. ariatne *A*¹ ariadne *A*² Ariane *Barbarus* 3. lacunam
post Persicum *indicavit Bursian* 5. scythis *A* 9. subsiani
A Sugdiani *Vossius* 10. ropanes *A* Propanisadae *Bursian*
13. cissi anthiaca *A* Cissianti, Achaei *Vossius* 14. corsitae
A Cercetae *Pintianus* 15. mati antibarani *A* Matiani, Tiba-
rani *Reinoldius* 16. armeni// *A* (fuit i) 19. nonnulla de sinu
Arabico dicta interciderunt 22. aegypti// *A* 23. proximo *A*
28. bithini *A*¹ bithyni *A*² 29. alia *A*¹ alio *A*²

nomine Pontici. ad lacum Maeotici, ad Tanaim Sauro-
romatae.

Europa terminos habet ab oriente Tanain et ³
Maeotida et Pontum, a meridie reliqua Nostri maris, ¹⁵
5 ab occidente Atlanticum, a septentrione Britannicum
oceanum. ora eius forma litorum a Tanai ad Helles-
pontum, qua ripa est dicti amnis, qua flexum paludis
ad Ponticum redigit, qua Propontidi et Hellesponto
latere adiacet, contrariis litoribus Asiae non opposita
10 modo verum et similis est. inde ad fretum nunc vaste ¹⁶
retracta nunc prominens tres maximos sinus efficit,
totidemque se in altum magnis frontibus evehit. extra
fretum ad occidentem inaequalis admodum praecipue
media procurrat; ad septentrionem, nisi ubi semel
15 iterumque grandi recessu abducitur, paene ut directo
limite extenta est. mare quod primo sinu accipit ¹⁷
Aegaeum dicitur; quod sequenti in ore Ionium, Hadri-
aticum interius; quod ultimo nos Tuscum Grai Tyr-
rhenicum perhibent. gentium prima est Scythia, alia ¹⁸
20 quam dicta est ad Tanain, media ferme Pontici lateris,
hinc in Aegaei partem pertinens Thracia, huic Macedonia
adiungitur. tum Graecia prominet, Aegaeumque ab
Ionio mari dirimit. Hadriatici latus Illyris occupat.
inter ipsum Hadriaticum et Tuscum Italia procurrat.
25 in Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania. haec in ¹⁹
occidentem diuque etiam ad septentrionem diversis
frontibus vergit. deinde rursus Gallia est longe et a
Nostri maris litoribus huc usque permissa. ab ea
Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam.
30 Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago ⁴
₂₀

1. meotici *A litteras me add. A³ in spatio vacuo* 3. 4.
<europa — maeo>tida *A* 5. britannicum *A¹ britannicum A²*
6. tanai *A a Tanai Vossius* 7. quia *A qua x bis* 17.
aegeum *A* 18. tuscum quem *A Tuscum v* 21. thraciae ac
macedoniae *A Thracia, huic Macedonia Pintianus* 25. intimo
A¹ corr. 28. nostris *A Nostri maris Curtius Wachsmuth*

a ceteris, brevior est quidem quam Europe, quia nec usquam Asiae et non totis huius litoribus obtenditur, longior tamen ipsa quam latior, et qua ad fluvium adtingit latissima, utque inde procedit ita media praecipue in iuga exurgens pergit incurva ad occasum, 5 fastigatque se molliter; et ideo ex spatio paulatim adductior ubi finitur ibi maxime angusta est. quantum 21 incolitur eximie fertilis, verum quod pleraque eius inculta et aut harenis sterilibus obducta aut ob sitim caeli terrarumque deserta sunt aut infestantur multo 10 ac malefico genere animalium, vasta est magis quam frequens. mare quo cingitur a septentrione Libycum, a meridie Aethiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus. in ea parte quae Libyco adiacet proxima Nilo 22 provincia quam Cyrenas vocant; dein cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est Africa. cetera Numidae et Mauri tenent, sed Mauri et in Atlanticum pelagus expositi. ultra Nigritae sunt et Pharusii usque ad Aethiopas. hi et reliqua huius et totum latum quod meridiem spectat usque in Asiae confinia possident. 20 at super ea quae Libyco mari adluuntur Libyes Aegyptii sunt et Leucoaethiopes et natio frequens multiplexque Gaetuli. deinde late vacat regio perpetuo tractu inhabitabilis. tum primos ab oriente Garamantas, post Augilas et Trogodytas, et ultimos ad 25 occasum Atlantas audimus. intra, si credere libet, vix iam homines magisque semiferi Aegipanes et Blemyes et Gamphasantes et Satyri sine tectis ac sedibus passim vagi habent potius terras quam habitant.

1. europæ A¹ europe A² 4. adtingit A¹ attingit A²
tam tedia A¹ ita media A² 5. ex//urgens A (fuit s) 9. harenis
A¹ 14. in illo A Nilo x 17. et post Mauri add. Vossius
atlanticum A¹ atlanticum A² 18. zigritae A Nigritae x
carusii A Pharusii v 19. aethiopas A¹ aethiopas A² 21.
abluuntur A adluuntur v aegypti A 23. getuli A 24.
gamarantas A¹ garamantas A³ 28. gampasantes A

haec summa nostri orbis, hae maximae partes, hae 24
 formae gentesque partium. nunc exactius oras situsque
 dicturo inde est commodissimum incipere unde terras
 Nostrum pelagus ingreditur, et ab his potissimum quae
 5 influenti dextra sunt; deinde stringere litora ordine
 quo iacent, peragratisque omnibus quae id mare attingunt
 legere etiam illa quae cingit oceanus; donec cursus
 incepti operis, intra extraque circumvectus orbem,
 illuc unde coeperit redeat.

10 Dictum est Atlanticum esse oceanum qui terras 5
 ab occidente contingeret. hinc in Nostrum mare 25
 pergentibus laeva Hispania, Mauretania dextra est,
 primae partes illa Europae, haec Africae. eius orae
 finis Mulucha, caput atque exordium est promunturium
 15 quod Graeci Ampelusiam, Afri aliter sed idem signifi-
 ficante vocabulo appellant. in eo est specus Herculi 26
 sacer, et ultra specum Tingi oppidum pervetus et ab
 Antaeo, ut ferunt, conditum. extat rei signum parma
 elephantino tergori exsecta ingens et ob magnitudinem
 20 nulli nunc usuro habilis, quam locorum accolae ab illo
 gestatam pro vero habent traduntque et inde eximie
 colunt. deinde est mons praealtus, ei quem ex adverso 27
 Hispania adtollit obiectus: hunc Abilam illum Calpen
 vocant, Columnas Herculis utrumque. addit fama
 25 nominis fabulam, Herculem ipsum iunctos olim per-
 petuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea
 mole montium oceanum ad quae nunc inundat admis-
 sum. hic iam mare latius funditur, submotasque va-
 stius terras magno impetu inflectit. ceterum regio 28
 30 ignobilis et vix quicquam inlustre sortita parvis oppi-
 dis habitatur, parva flumina emittit, solo quam viris

6. in mare *A* id mare *J. A. Mueller* 13. illae *A* illa
x hae// *A* haec *x* 14. adque *A*¹ atque *A*² promunturium
*A*¹ promuntorium *A*² 18. anteo *A* 19. exsecta *A*¹ execta *A*²
 23. adtollit *A*¹ attollit *A*² 27. at^d *A*¹ 30. inlustre *A*¹

- 29 melior et segnitia gentis obscura. ex his tamen quae commemorare non piget montes sunt alti qui continenter et quasi de industria in ordinem expositi ob numerum Septem ob similitudinem Fratres nuncupantur. Tumuada fluvius, et Rusigada et Siga parvae 5 urbes, et portus cui Magno est cognomen ob spatium. Mulucha ille quem diximus amnis est nunc gentium olim regnorum quoque terminus, Bocchi Iugurthaeque.
- 6
30 Ab eo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsaci spatium quidem quam Mauretania angustior est, verum 10 et culta magis et ditior. urbium quas habet maximae sunt Cirta procul a mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus, et cum Syphacis foret opulentissima, Iol ad mare aliquando ignobilis, nunc quia Iubae regia fuit et quod Caesarea vocitatur inlustris. 15
- 31 citra hanc, nam in medio ferme litore sita est, Cartinna et Arsinna sunt oppida et Avisia castellum et Laturus sinus et Sardabale fluvius. ultra monumentum commune regiae gentis, deinde Icosium Ruthisia urbes, effluentes inter eas Aucus et Nabar aliaque quae taceri 20
- 32 nullum rerum famaevae dispendium est. interius et longe satis a litore, si fidem res capit, mirum ad modum spinae piscium muricum ostrearumque fragmenta saxa adtrita, uti solent, fluctibus et non differentia marinis infixae cautibus anchorae et alia eius- 25 modi signa atque vestigia effusi olim usque ad ea loca pelagi in campis nihil alentibus esse inveniri que narrantur.
- 7
33 Regio quae sequitur a promunturio Metagonio ad Aras Philaenorum proprie nomen Africae usurpat. in 30 ea sunt oppida Hippo Regius et Rusiccade et Thabraca.

2. continentur *A* continenter *x* 12. cirtha *A* 14. iola
A Iol *Barbarus* 15. caeserea *A*¹ caesarea *A*² inlustris *A*¹
22. altiore *A* a litore *v* 24. adtrita *A*¹ attrita *A*²
26. adque *A*¹ atque *A*² 30. filenorum *A*

dein tria promunturia Candidum, Apollinis, Mercurii, 34
vaste proiecta in altum, duos grandes sinus efficiunt.
Hipponensem vocant proximum ab Hippone Diarryto
quod litore eius adpositum est. in altero sunt Castra
5 Dellia, Castra Cornelia, flumen Bagrada; Utica et
Carthago ambae inclutae ambae a Phoenicibus con-
ditae, illa fato Catonis insignis, haec suo, nunc populi
Romani colonia, olim imperii eius pertinax aemula,
iam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen pri-
10 orum excidio rerum quam ope praesentium clarior.
Hadrumetum, Leptis, Clupea, Habromacte, Phyrre,
Neapolis hinc ad Syrtim adiacent ut inter ignobilia
celeberrimae. Syrtis sinus est centum fere milia 35
passuum qua mare accipit patens, trecenta qua cingit;
15 verum inportuosus atque atrox et ob vadorum fre-
quentium brevia, magisque etiam ob alternos motus
pelagi affluentis ac refluxis infestus. super hunc 36
ingens palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis,
unde et Minervae cognomen inditum est, ut incolae
20 arbitrantur, ibi genitae; faciuntque ei fabulae aliquam
fidem, quod quem natalem eius putant ludicris virgi-
num inter se decertantium celebrant. ultra est Oea 37
oppidum et Cinyps fluvius per uberrima arva decidens,
tum Leptis altera et Syrtis nomine atque ingenio par
25 priori, ceterum altero fere spatio qua dehiscit quaque
flexum agit amplior. eius promunturium est Borion,
ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuisse
dicuntur, usque ad Phyconta, et id promunturium
est, inportuoso litore pertinet. Arae ipsae nomen ex 38
30 Philaenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos missi

1. mercuri// A (fuit i) 4. adpositum A¹ appositum A²
5. delia A Dellia Vossius 6. inclutae A 13. syrti A 15.
inportuosus A¹ importuosus A² 17. pelagia fluentis A pelagi
affluentis x 23. cynyps A Cinyps Pintianus 29. inportuoso
A¹ 30. philenis A cyrenaicos A

Carthagine ad dirimendum condicione bellum diu iam de finibus et cum magnis amborum cladibus gestum, postquam in eo quod convenerat non manebatur, ut ubi legati concurrerent, certo tempore utrimque dimissi, ibi termini statuerentur, pacti de integro ut quidquid citra esset popularibus cederet, mirum et memoria dignissimum facinus, hic se vivos obrui pertulerunt.

⁸
³⁹ Inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia est, in eaque sunt Hammonis oraculum fidei inclutae, et fons quem Solis adpellant, et rupes quaedam austro sacra. haec cum hominum manu attingitur ille inmodicus exurgit harenasque quasi maria agens sic saevit ut fluctibus. fons media nocte fervet, mox et paulatim tepescens fit luce frigidus, tunc ut sol surgit ita subinde frigidior per meridiem maxime riget, sumit dein teporem iterum, et prima nocte calidus, atque ut illa procedit ita calidior rursus cum est media ¹⁵ perfervet. in litore promunturia sunt Zephyrion et Naustathmos, portus Paraetonus, urbes Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arsinoë atque unde terris nomen est ipsa Cyrene. Catabathmos vallis devexa in Aegyptum ²⁰ finit Africam. orae sic habitantur ad nostrum maxime ritum moratis cultoribus, nisi quod quidam linguis differunt et cultu deum quos patrios servant ac patrio ²⁵ more venerantur. proximis nullae quidem urbes stant, tamen domicilia sunt quae mapalia appellantur. victus asper et munditiis carens. primores sagis velantur, vulgus bestiarum pecudumque pellibus. humi quies epulaeque capiuntur. vasa ligno fiunt aut cortice. ³⁰

4. concurrerant *A* concurrerent *x* 9. cathabathmon *A*
cyreneica *A* 10. inclutae *A* 11. adpellant *A*¹ appellant
*A*² 12. inmodicus *A*¹ immodicus *A*² 18. calidior *A*
19. promuntoria *A*¹ *corr.* 20. paraetonus *A* 21. ptolemaeis
*A*¹ ptolemais *A*² 22. catabatmos *A*¹ catabathmos *A*² 27.
mappalia *A*¹ mapalia *A*²

potus est lac sucusque bacarum. cibus est caro plu-
 rimum ferina: nam gregibus, quia id solum opimum 42
 est, quod potest parcitur. interiores incultius etiam
 secuntur vagi pecora, utque a pabulo ducta sunt ita
 5 se ac tuguria sua promovent, atque ubi dies deficit
 ibi noctem agunt. quanquam in familias passim et
 sine lege dispersi nihil in commune consultant, tamen
 quia singulis aliquot simul coniuges et plures ob id
 liberi adgnatique sunt nusquam pauci. ex his qui 43
 10 ultra deserta esse memorantur Atlantes solem exse-
 crantur et dum oritur et dum occidit ut ipsis agrisque
 pestiferum. nomina singuli non habent, non vescuntur
 animalibus, neque illis in quiete qualia ceteris morta-
 libus visere datur. trogodytae nullarum opum domini 44
 15 strident magis quam locuntur, specus subeunt alun-
 turque serpentibus. apud Garamantas etiam armenta 45
 sunt eaque obliqua cervice pascuntur, nam pronis
 directa in humum cornua efficiunt. nulli certa uxor
 est. ex his qui tam confuso parentium coitu passim
 20 incertique nascuntur quos pro suis colant formae
 similitudine agnoscunt. Augilae manes tantum deos 46
 putant, per eos deierant, eos ut oracula consulunt,
 precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro
 responsis ferunt somnia. feminis eorum sollemne est
 25 nocte qua nubunt omnium stupro patere qui cum
 munere advenerint, et tum cum plurimis concubuisse
 maximum decus, in relicum pudicitia insignis est. nudi 47
 sunt Gamphasantes armorumque omnium ignari; nec
 vitare sciunt tela nec iacere, ideoque obvios fugiunt,
 30 neque aliorum quam quibus idem ingenii est aut
 congressus aut conloquia patiuntur. Blemyis capita 48

4. secuntur *A*¹ sequuntur *A*² 5. ad tuguria *A* 6.
 quanquam *A*¹ *corr.* 10. execrantur *A*¹ execrantur *A*²
 15. locuntur *A*¹ loquuntur *A*² 27. relicum *A*¹ reliquum *A*²
 insignis est *A*¹ *corr.* 31. conloquia *A*¹ colloquia *A*²
 blemyes *A* blemyis *v*

absunt, vultus in pectore est. Satyris praeter effigiem nihil humani. Aegipanum quae celebratur ea forma est. haec de Africa.

9 Asiae prima pars Aegyptus inter Catabathmon et
 49 Arabas; ab hoc litore penitus immissa donec Aethi- 5
 opiam dorso contingat ad meridiem refugit. terra ex-
 pers imbrium mire tamen fertilis et hominum alio-
 rumque animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit,
 50 annium in Nostrum mare permeantium maximus. hic
 ex desertis Africae missus nec statim navigari facilis 10
 nec statim Nilus est, et cum diu simplex saevusque
 descendit, circa Meroën late patentem insulam in Aethi-
 opiam diffunditur, alteraque parte Astabores altera
 Astape dictus est. ubi rursus coit ibi nomen hoc
 51 capit. inde partim asper partim navigia patiens in 15
 immanem lacum devenit, ex quo praecipiti impetu
 egressus et Tachemso alteram insulam amplexus us-
 que ad Elephantinen urbem Aegyptiam atrox adhuc
 fervensque decurrit. tum demum placidior et iam
 bene navigabilis primum iuxta Cercasorum oppidum 20
 triplex esse incipit. deinde *iterum* iterumque divisus
 ad Delta et ad Melyn it per omnem Aegyptum vagus
 atque dispersus, septemque in ora se scindens singulis
 52 tamen grandis evolvitur. non pererrat autem tantum
 eam sed aestivo sidere exundans etiam irrigat, adeo 25
 efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut prae-
 ter id quod scatet piscibus, quod hippopotamos croco-
 dilosque vastas beluas gignit, glaebis etiam infundat
 animas, ex ipsaque humo vitalia effingat. hoc eo
 manifestum est, quod ubi sedavit diluvia ac se sibi 30
 reddidit, per umentes campos quaedam nondum per-

4. 5. <Asiae — Arabas> A 11. <et>cum A 17. ta-
 lems<o//> A Tachemso *Barbarus* 18. elephantilem A Ele-
 phantinen *Pintianus* 19. <et>iam A 21. iterum *add.*
Salmasius 23. adque A¹ atque A² 26. alendum *add.* A²
 27. crocodillosque A 31. umentes A¹ humentes A²

fecta animalia sed tum primum accipientia spiritum
 et ex parte iam formata ex parte adhuc terrena vi-
 suntur. crescit porro, sive quod solutae magnis ae- 53
 stibus nives ex inmanibus Aethiopiae iugis largius
 5 quam ripis accipi queant defluunt, sive quod sol hieme
 terris propior et ob id fontem eius minuens tunc altius
 abit, sinitque integrum et ut est plenissimus surgere,
 sive quod per ea tempora flantes Etesiae aut actas
 a septentrione in meridiem nubes super principia eius
 10 imbre praecipitant, aut venienti obviae adverso spiritu
 cursum descendantis impediunt, aut harenis quas cum
 fluctibus litori adplicant ostia obducunt; fitque maior
 vel quod nihil ex semet amittit, vel quod plus quam
 solet accipit, vel quod minus quam debet emittit. quod 54
 15 si est alter orbis suntque oppositi nobis a meridie
 antichthones, ne illud quidem a vero nimium absces-
 serit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria
 caeco alveo penetraverit, in nostris rursus emergere,
 et hac re solstitio ad crescere quod tum hiemps sit unde
 20 oritur. alia quoque in his terris mira sunt. in quo- 55
 dam lacu Chemmis insula lucos silvasque et Apol-
 linis grande sustinens templum natat, et quocumque
 venti agunt pellitur. pyramides tricenum pedum lapi-
 dibus extractae, quarum maxima, tres namque sunt,
 25 quattuor fere soli iugera qua sedet occupat, totidem
 in altitudinem erigitur. Moeris, aliquando campus
 nunc lacus viginti milia passuum in circuitum patens,
 altior quam ad navigandum magnis onustisque navibus
 satis est. Psammetici opus labyrinthus, domos mille 56
 30 et regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus,
 marmore extractus ac tectus, unum in se descensum

6. propior *A*¹ propior *A*² 8. ethaesia *A* 12. ad-
 plicant *A*¹ applicant *A*² 16. antichthones *A* 19. ad crescere
*A*¹ accrescere *A*² hiemps *A*¹ hiems *A*² 25. quae sede *A*
 qua sedet *Pintianus* 31. ac tectus — intus *om.* *A*¹ *add.* *A*²
in marg. inferiore

habet, intus paene innumerabiles vias, multis ambagi-
 bus huc et illuc remeantibus, sed continuo anfractu
 et saepe revocatis porticibus ancipites: quibus alium
 super alios orbem agentibus, et subinde tantum re-
 deunte flexu quantum processerat, magno et expli- 5
 57 cabili tamen errore perplexus est. cultores regionum
 multo aliter a ceteris agunt. mortuos fimo obliti
 plangunt: nec cremare aut fodere fas putant, verum
 arte medicatos intra penetralia conlocant. suis litteris
 perverse utuntur. lutum inter manus, farinam calci- 10
 bus subigunt. forum ac negotia feminae, viri pensa
 ac domus curant; onera illae umeris hi capitibus
 accipiunt; parentes cum egent, illis necesse est, his
 liberum est alere. cibos palam et extra tecta sua
 58 capiunt, obscena intimis aedium reddunt. colunt 15
 effigies multorum animalium atque ipsa magis ani-
 malia, sed alia alii: adeo ut quaedam eorum etiam
 per imprudentiam interemisse capitale sit, et ubi
 morbo aut forte extincta sint sepelire ac lugere
 sollemne sit. Apis populorum omnium numen est: 20
 bos niger certis maculis insignis et cauda lingua-
 que dissimilis aliorum. raro nascitur nec coitu pe-
 cudis, ut aiunt, sed divinitus et caelesti igne con-
 ceptus, diesque quo gignitur genti maxime festus est.
 59 ipsi vetustissimi ut praedicant hominum trecentos et 25
 triginta reges ante Amasim, et supra tredecim milium
 annorum aetates certis annalibus referunt, mandatum-
 que litteris servant, dum Aegyptii sunt, quater cursus
 suos vertisse sidera ac solem bis iam occidisse unde
 60 nunc oritur. viginti *milia* urbium Amasi regnante 30
 habitarunt et nunc multas habitant. earum clarissimae

3. *post* quibus *add.* *A* subinde *om.* *Vossius* 9. conlocant
*A*¹ collocant *A*² 13. *post* illis *add.* *A* mulieribus scilicet
om. v 16. *adque* *A*¹ atque *A*² 18. imprudentiam *A*¹ im-
 prudentiam *A*² 24. gignitur *A*¹ *corr.* 28. aegypti *A*
 30. *milia add. v*

procul a mari Sais, Memphis, Syene, Bubastis Elephantine et Thebae utique *quae* ut Homero dictum est centum portas, sive ut alii aiunt centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas ubi
 5 negotium exegerat dena armatorum milia effundere; in litore Alexandria Africae contermina, Pelusium Arabiae. ipsas oras secant Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Pathmeticum, Mendesium, Cataptystum, Pelusiacum Nili ostia.

10 Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet, sed illic ¹⁰ magis laeta et ditior ture atque odoribus abundat, ₆₁ hic nisi qua Cassio monte adtollitur plana et sterilis portum admittit Azotum suarum mercium emporium, qua in altum abit adeo edita ut ex summo vertice a
 15 quarta vigilia ortum solis ostendat.

Syria late litora tenet, terrasque etiam latius ¹¹ introrsus, aliis aliisque nuncupata nominibus: nam ₆₂ et Coele dicitur et Mesopotamia et Damascene et Adiabene et Babylonia et Iudaea et Commagene. hic ₆₃
 20 Palaestine est qua tangit Arabas, tum Phoenice; et ubi se Ciliciae committit Antiochia, olim ac diu potens, sed cum eam regno Semiramis tenuit longe potentissima. operibus certe eius insignia multa sunt; duo maxime excellent; constituta urbs mirae magnitudinis Babylon,
 25 ac siccis olim regionibus Euphrates et Tigris immissi. ceterum in Palaestina est ingens et munita admodum ₆₄ Gaza: sic Persae aerarium vocant, et inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam intulerat. est non minor Ascalon;

2. <et>hebae A (et A³) uti que A utique quae *Perizonius*
 7. volbiticum A Bolbiticum v 8. sevennyticum A patha-
 meticum A Pathmeticum v 11. adque A¹ atque A² 12.
 adtollitur A¹ attollitur A² 18. damascenae A¹ damascene
 A² 19. colophone A Commagene *Kappius* 20. palestine
 A cum A tum x 24. excellent sic A 26. palestina A
 28. peteret/// A 29. <as>calo<n> A (*litteras in ras. add. A³*)

est Iope ante diluvium ut ferunt condita, ubi Cephea regnasse eo signo accolae adfirmant, quod titulum eius fratrisque Phinei veteres quaedam arae cum religione plurima retinent: quin etiam rei celebratae carminibus ac fabulis, servataeque a Perseo Andromedae clarum 5 vestigium marinae beluae ossa inmania ostentant.

12 65 Phoenicen inlustravere Phoenices, sollers hominum genus et ad belli pacisque munia eximium: litteras et litterarum operas aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe configere, inperitare gentibus, regnum 10 66 proeliumque conmenti. in ea est et Tyros aliquando insula, nunc adnexa terris deficit, quod ab inpugnante quondam Alexandro iacta opera. vici tenent ulteriora et adhuc opulenta Sidon, antequam a Persis caperetur 67 maritimarum urbium maxima. ab ea ad promunturium 15 Theuprosopon duo sunt oppida Bublos et Botrys: ultra tria fuerunt singulis inter se stadiis distantia; locus ex numero Tripolis dicitur. tum Simyra castellum et 68 urbs non obscura Marathos. inde iam non obliqua pelago sed adversa adiacens Asia grandem sinum in- 20 flexo tractu litoris accipit. populi dites circumsidet; situs efficit: quia regio fertilis crebris et navigabilibus alveis fluminum pervia diversas opes maris atque ter- 69 rarum facili commercio permutat ac miscet. in eo prima est reliqua pars Syriae cui Antiochiae cognomen 25 additur, et in ora eius urbes Seleucia, Hypatos, Berytos, Laodicea, Rosos, amnesque qui inter eas eunt Lycos et Hypatos et Orontes; tum mons Amanus et ab eo statim Myriandros et Cilices.

13 70 At in recessu intimo locus est magni aliquando 30 discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum fugien-

1. <est i>ope A (*litteras in ras. add. A³*) 6. marinae A¹ marinae A² 7. inlustravere A¹ illustravere A² 10. inperita re A¹ imperita re A² 16. euprosopon A Theuprosopon *Pintianus* bubos A Bublos *scripsi* bathros A Botrys *Barbarus* 28. lytos A Lycos v

tisque Darii spectator ac testis, nunc ne minima qui-
 dem, tunc ingenti urbe celebris. Issos fuit, et hac re
 sinus Issicus dicitur. procul inde Hammodes promun-
 turium inter Pyramum Cydnumque fluvios iacet. Py-
 5 ramus Isso propior Mallon praeterfluit, Cydus ultra
 per Tarsum exit. deinde urbs est olim a Rhodiis 71
 Argivisque, post piratis Pompeio adsignante possessa,
 nunc Pompeiopolis tunc Soloe. iuxta in parvo tumulo
 Arati poëtae monimentum ideo referendum, quia ig-
 10 notum quam ob causam iacta in id saxa dissiliunt.
 non longe hinc Corycos oppidum portu saloque in-
 cingitur, angusto tergoze continenti adnexum. supra 72
 specus est nomine Corycius singulari ingenio, ac supra
 quam ut describi facile possit eximius. grandi namque
 15 hiatu patens montem litori adpositum et decem sta-
 diorum clivo satis arduum ex summo statim vertice
 aperit. tunc alte demissus et quantum demittitur am-
 plior viret lucis pendentibus undique, et totum se
 nemoroso laterum orbe complectitur: adeo mirificus
 20 ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu con-
 sternat, ubi contemplari duravere non satiet. unus in 73
 eum descensus est angustus asper quingentorum et
 mille passuum per amoenas umbras et opaca silvae
 quiddam agreste resonantis, rivis hinc atque illinc
 25 fluitantibus. ubi ad ima perventum est rursus specus
 alter aperitur ob alia dicendus. terret ingredientes
 sonitu cymbalorum divinitus et magno fragore crepi-
 tantium. deinde aliquamdiu perspicuus, mox et quo 74
 magis subitur obscurior, ducit ausos penitus, alteque
 30 quasi cuniculo admittit. ibi ingens amnis ingenti
 fonte se extollens tantummodo se ostendit, et ubi

5. prior *A* propior *v* malosenen *A*¹ malosen *A*² Mallon
Barbarus 7. adsignante *A*¹ assignante *A*² 15. adpositum
*A*¹ appositum *A*² 17. dimissus *A* demissus *v* dimittitur *A*
 demittitur *v* 19. nemoroso *A*¹ *corr.* 24. illic *A*¹ illinc
*A*² 28. aliquamdiu *A*¹ aliquandiu *A*² 31. fronte *A*

magnum impetum brevi alveo traxit iterum demersus
 absconditur. intra spatium est magis quam ut pro-
 gredi quisquam ausit horribile et ideo incognitum.
 75 totus autem *specus* augustus et vere sacer, habitarique
 a diis et dignus et creditus, nihil non venerabile et 5
 76 quasi cum aliquo numine se ostentat. alius ultra est
 quem Typhoneum vocant, ore angusto et multum, ut
 experti tradidere, pressus, et ob id adsidua nocte
 suffusus neque unquam perspici facilis, sed quia ali-
 quando cubile Typhonis fuit et quia nunc demissa in 10
 se confestim exanimat natura fabulaque memorandus.
 77 duo deinde promunturia sunt Sarpedon, finis aliquando
 regni Sarpedonis, et quod Ciliciam a Pamphylia di-
 stinguunt Anemurium, interque ea Celenderis et Nagidos
 Samiorum coloniae; sed Celenderis Sarpedoni propior. 15
 14 In Pamphylia est Melas navigabilis fluvius, oppi-
 78 dum Sida et alter fluvius Eurymedon. magna apud
 eum Cimonis Atheniensium ducis adversus Phoenicas
 et Persas navalis *pugna atque victoria fuit. mare
 quo pugnatum est ex edito admodum colle prospectat 20
 Aspendos, quam Argivi condiderant, possidere finitimi.
 79 deinde alii duo validissimi Cestros et Cataractes: Ces-
 tros navigari facilis, hic quia se praecipitat ita dictus.
 inter eos Perga est oppidum, et Dianae quam ab oppido
 Pergaeam vocant templum. trans eosdem mons Sarde- 25
 misos et Phaselis a Mopso condita finis Pamphyliae.
 15 Lycia continuo, cognominata a Lyco rege Pan-
 80 dionis filio, atque, ut ferunt, infestata olim Chimaerae

2. quam aut *A* 4. *specus post* autem *add. Curtius Wachsmuth* 8. *adsidua* *A*¹ *assidua* *A*² 10. *dimissa* *A* *demissa* *v*
 12. *promuntoria* *A*¹ *corr.* 14. *ceianderis* *A*¹ *ceiandar*
*A*² *Celenderis Pintianus* *natidos* *A* *Nagidos Pintianus* 15.
ceiandar *A* *proprior* *A*¹ *propior* *A*² 16. *phamphylia* *A*¹
pamphylia *A*² 19. *adque* *A*¹ *atque* *A*² 22. *carhactes* *A*
Cataractes Barbarus 25. *sardemysos* *A* 27. *lucia* *A*¹ *vel*
*A*² *corr.* 28. *chimerae* *A*

ignibus, Sidae portu et Tauri promunturio grandem
sinum claudit. Taurus ipse ab Eois litoribus exsur- 81
gens vaste satis attollitur, dein dextro latere ad
septentrionem, sinistro ad meridiem versus it in occi-
5 dentem rectus et perpetuo iugo, magnarumque gentium
qua dorsum agit terminus, ubi terras diremit exit in
pelagus. idem autem et totus, ut dictus est, dicitur,
etiam qua spectat orientem, deinde Haemodes et Cau-
casus et Propanisus, tum Caspiae pylae, Niphates,
10 Armeniae pylae, et ubi iam nostra maria contingit
Taurus iterum. post eius promunturium flumen est 82
Limyra et eodem nomine civitas, atque ut multa op-
pida sic praeter Pataram non inlustria. illam nobilem
facit delubrum Apollinis quondam opibus et oraculi fide
15 Delphico simile. ultra est Xanthus flumen et Xanthos op-
pidum, mons Cragus et quae Lyciam finit urbs Telmesos.

Caria sequitur. habitant incertae originis. alii 16
indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant. 83
genus usque eo quondam armorum pugnaeque amans
20 ut aliena etiam bella mercedibus agerent. hic castella
sunt aliquot, dein promunturia duo Pedalion et Crya,
et secundum Calbim annem Caunus oppidum valetu-
dine habitantium infame. inde ad Halicarnason haec 84
iacent: Rhodiorum aliquot coloniae, portus duo, Gelos
25 et cui ex urbe quam amplectitur Thyssanusa cognomen
est, inter eos oppidum Larumna et Pandion collis in
mare emissus, tum tres ex ordine sinus, Thymnias
Schoenus Bubasius; Thymniae promunturium Aphro-
disium est, Schoenus ambit Hylam, Bubasius Cyrnon.

2. eois *A*¹ *corr.* 2. 3. exurgens *A*¹ exurgens *A*² 6. dirimit
A diremit *x* 8. //orientem *A* 12. lymyra *A* 13. inlustria
*A*¹ illustria *A*² 14. oraculis *A* 16. graciosus *A* Cragus *v*
<urb>s *A* 19. et *A*¹ eo *A*² 21. cytria *A* Crya *Barbarus*
22. galbian *A* Calbim *Barbarus* 24. aliquod *A*¹ aliquot
*A*² 28. bubaesius *A* Bubasius *scripsi* 29. bubaesius *A*
crynnon *A* Cyrnon *Bursian*

tum Cnidus in cornu paene insulae, interque eam et
 85 Ceramicum sinum in recessu posita Euthana. Hali-
 carnasos Argivorum colonia est, et cur memoranda
 sit, praeter conditores, Mausoleum efficit regis Mausoli
 monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiae 5
 opus. trans Halicarnason illa sunt: litus Leuca, urbes
 Myndos, Caruanda, Neapolis, sinus Iasius et Basilicus.
 in Iasio est Bargylos.

17 Post Basilicum Ionia aliquot se ambagibus sinuat,
 86 et primum a Posideo promunturio flexum inchoans 10
 cingit oraculum Apollinis dictum olim Branchidae,
 nunc Didymei; Miletum, urbem quondam Ioniae totius
 belli pacisque artibus principem, patriam Thaletis
 astrologi et Timothei musici et Anaximandri physici,
 aliorumque civium inclutis ingeniis merito inclutam, 15
 utcumque Ioniam vocant; urbem Hippin, amnis Mae-
 andri exitum, Latmium montem, Endymionis a Luna,
 87 ut ferunt, adamati fabula nobilem. dein rursus in-
 flexa cingit urbem Prienen et Gaesi fluminis ostium,
 moxque ut maiore circuitu ita plura complectitur. ibi 20
 est Panionium sacra regio, et ob id eo nomine
 88 adpellata quod eam communiter Iones colunt. ibi a
 fugitivis, ut aiunt, condita (nomen famae adnuit)
 Phygela. ibi Ephesus et Dianae clarissimum tem-
 plum, quod Amazones Asia potitae consecrasse tra- 25
 duntur; ibi Caystros amnis; ibi Lebedos, Clariique
 Apollinis fanum, quod Manto Tiresiae filia fugiens

2. tetraticum *A* Ceramicum *Barbarus* euciana *A* Euthana
Bursian 2. 3. halicarnassos *A* Halicarnasos *scripsi* 6. halicar-
 ssonna *A* Halicarnason *scripsi* 7. myridos *A* Myndos *Pintianus*
 aruanda *A* Caruanda *Bursian* iasus *A* Iasius *x* 8. iaso
A barcylos *A* Bargylos *Barbarus* 9. aliquod *A*¹ aliquot
*A*² 11. bramaciae *A* Branchidae *Barbarus* 12. didymi
A Didymei *Vossius* 16. 17. meandri *A* 19. prienem *A*
 Prienen *v* 21. panionum *A* 22. adpellata *A*¹ appellata
*A*² 24. phygeta *A* Phygela *Barbarus* 26. libedos *A*
 27. mantho *A*

victores Thebanorum Epigonos, et Colophon, quam
 Mopsus eiusdem Mantus filius statuit. at promun- 89
 turium quo sinus clauditur, quod altera parte alium
 quem Smyrnaeum vocant efficit, angustisque cervicibus
 5 reliqua extendit in latius, abit in paene insulae faciem.
 super angustias hinc Teos illinc Clazomenae, qua terga
 agunt confinio adnexae muri, diversis frontibus diversa
 maria prospectant. in ipsa paene insula est Coryna.
 in sinu Smyrnaeo est Hermus amnis et urbs Leuca,
 10 extra Phocaea Joniae ultima.

Proxima regio, ex quo ab Aeolis incolae coepit 18
 Aeolis facta, ante Mysia, et qua Hellespontum ad- 90
 tingit, Troianis possidentibus Troas fuit. primam
 urbium a Myrino conditore Myrinam vocant, sequen-
 15 tem Pelops statuit, victo Oenomao reversus ex Graecia;
 Cymen nominavit pulsus qui habitaverant dux Ama-
 zonum Cyme. supra Caicus inter Elaeam decurrit et
 Pitane, illam quae Arcesilan tulit, nihil adfirmantis
 academiae clarissimum antistitem. tum in promun- 91
 20 turio est Cyna oppidum, quod praetervectos sinus ex-
 cipit non parvos sed longe ac molliter flexus, retra-
 hensque paulatim oras usque ad ima montis Idae.
 is primo parvis urbibus aspersus est, quarum cla-
 rissima est Cistena. gremio interiore campus Thebe
 25 nomine; Adrymetion, Asturam, Chrysam oppida eodem
 quo dicta sunt ordine adiacentia continet, in altero

1. ephigonos *A* 2. ad *A* 3. qui *A* quod *v* 4.
 Smyrnaeum *A* 6. ceos *A* Teos *Vadianus* cla(zomena) *A*
 (litteras in ras. *A*³) aequia *A* qua *Pintianus* 7. adnexa *A*
 adnexae *Pintianus* mari *A* muri *Vossius* 9. Smyrnaeo *A*
 thermodon *A* Hermus *Pintianus* 10. phocaea crisioniae *A*
 Phocaea Joniae *Vossius* ultimae *A* ultima *x* 17. elaeam *A*
 Elaeam *scripsi* 18. archesilan *A* Arcesilan *x* 21. parvos
 sic *A* 23. iis *A* is *v* 24. thebae *A* Thebe *v* 25. austram
A Asturam *Bursian* cressam *A* Chrysam *Pintianus* 26.
 continent *A* continet *v*

- 92 latere Antandrum. duplex causa nominis iactatur. alii Ascanium Aeneae filium cum ibi regnaret captum a Pelasgis ea se redemisse commemorant, alii ab his putant conditam quos ex Andro insula vis et seditio exegerat. hi Antandrum quasi pro Andro, 5
- 93 illi quasi pro viro accipi volunt. sequens tractus tangit Gargara et Asson Aeolorum colonias. tum sinus alter Achaeon limen non longe ab Ilio litora incurvat, urbe bello excidioque clarissima. hic Sigeum fuit oppidum, hic Achivorum fuit bellantium statio. 10
- 94 huc ab Idaeo monte demissus Scamander exit et Simois, fama quam natura maiora flumina. ipse mons, vetere divarum certamine et iudicio Paridis memoratus, orientem solem aliter quam in aliis terris solet aspici ostentat. namque ex summo vertice eius 15
- 95 speculantibus paene a media nocte sparsi ignes passim micare, et ut lux adpropinquat ita coire ac se coniungere videntur, donec magis magisque collecti pauciores subinde et una ad postremum flamma ardeant.
- 96 ea cum diu clara et incendio similis effulsit, cogit 20 se ac rotundat et fit ingens globus. diu is quoque grandis et terris adnexus adparet, dein paulatim decrescens et quanto decrescit eo clarior fugat novissime noctem, et cum die iam sol factus attollitur.
- 96 extra sinum sunt Rhoetea litora, Rhoeteo et Dardania 25 claris urbibus, Aiacis tamen sepulcro maxime inlustria. ab his fit artius mare, nec iam adluit terras, sed rursus dividens angusto Hellesponti freto litus obvium findit, facitque ut iterum terrae qua fluit latera sint. 30

7. asson⟨a⟩ *A* Asson *Barbarus* aeolorum *A*¹ aetolorum *A*² 9. sigaeum *A* 17. adpropinquat *A*¹ appropinquat *A*²
 22. adparet *A*¹ apparet *A*² 25. rho⟨etea litora a⟩ rhytaeo *A* (*litteras in ras.* *A*³) Rhoetea litora Rhoeteo *Reinoldius*
 26. sepulchro *A*¹ sepulcro *A*² 26. 27. inlustria *A*¹ illustria *A*²
 27. adluit *A*¹ alluit *A*² 30. altera *A* latera *v*

Interius Bithyni sunt et Mariandyni, in ora Graiae urbes Abydos et Lampsacum et Parion et Priapos. Abydos magni quondam amoris commercio insignis est. Lampsacum Phocaeis appellantis nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent responsum erat, ubi primum fulsisset ibi sedem capessere. tum rursus fit apertius mare Propontis. in id Granicus effunditur, pugna quae primum inter Persas et Alexandrum fuit nobilis. trans anem sedet in cervice paene insulae Cyzicum; nomen Cyzicus indidit, quem a Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie caesumque accepimus. post Placia et Scylace parvae Pelasgorum coloniae, quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant Mysius. flumen Ryndacos in quae secuntur emittitur. circa angues nascuntur immanes, neque ob magnitudinem modo sed ob id etiam mirabiles, quod ubi in alveum eius aestus solemque fugerunt, emergunt atque hiant, supervolantesque aves quamvis alte et perneciter ferantur absorbent. trans Ryndacum est Dascylos et quam Colophonii conlocavere Myrlea. duo sunt inde modici sinus. alter Ciani nomine Cion amplectitur, Phrygiae haut longe iacentis opportunissimum emporium, alter Olbianos in promunturio fert Neptuni fanum, in gremio Astacon a Megarensibus conditam. dein priores terrae iterum obiacent, exiturique in Pontum pelagi canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinque disternat,

1. mariandynei A 2. lampsacum A (*litteras in ras. A³*) 4. lampsacum A (*litteras in ras. A³*) 5. quasnam A (*litteras in ras. A³*) 12. imprudentibus A¹ imprudentibus A² 13. plagaea A Placia *Barbarus* scylace A Scylace *Barbarus* 15. ryndaces A Ryndacos *Bursian* 16. emittit A emittitur *Bursian* 22. colophoni A mysrela A Myrlea *Barbarus* 23. sine A Ciani *Bursian* chion A Cion *Barbarus* 24. haut A¹ haud A² 27. iacent A obiacent *Pintianus*

Thracius, ut dictum est, Bosphorus. ipsis in faucibus
 oppidum, in ore templum est: oppidi nomen Calchedon,
 auctor Archias Megarensium princeps, templi numen
 102 Iuppiter, conditor est Iaso. hic iam sese ingens
 Pontus aperit, nisi qua promunturia sunt, huc at- 5
 que illuc longo rectoque limite extentus, sinuatus
 cetera, sed quia contra minus quam ad laevam et
 dextram abscessit, mollibusque fastigiis donec an-
 gustos utrimque angulos faciat inflectitur, ad formam
 scythici arcus maxime incurvos. brevis, atrox, nebu- 10
 losus, raris stationibus, non molli neque harenoso
 circumdatus litore, vicinus aquilonibus, et quia non
 profundus est fluctuosus atque fervens, olim ex colen-
 tium saevo admodum ingenio Axenus, post commercio
 aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dictus 15
 103 Euxinus. in eo primum Mariandyni urbem habitant
 ab Argivo, ut ferunt, Hercule datam. Heraclea
 vocitatur, id famae fidem adicit. iuxta specus est
 Acherusia ad manes, ut aiunt, pervius, atque inde
 104 extractum Cerberum existimant. tum Tios oppidum, 20
 Milesiorum quidem colonia, sed iam soli gentisque
 Paphlagonum; quorum in litoribus paene mediis pro-
 munturium est Carambis, citra Parthenius annis, urbes
 Sesamus et Cromnos et a Cytisoro Phruxi filio posita
 Cytoros; tum Cinolis et Collyris et quae Paphlagoniam 25
 105 finit Armene. Chalybes proximi clarissimas habent
 Amison et Sinopen, cynici Diogenis patriam, annum
 Halyn et Thermodonta. secundum Halyn urbs est
 Lycasto, at Thermodonta campus. in eo fuit Themis-

1. bosporus *A*¹ bosporus *A*² 4. conditore iaso *A* con-
 ditor est Iaso *Bursian* 9. utrique *A* utrimque *v* 10. in-
 curvos *sic A* 11. harenoso *A*¹ arenoso *A*² 13. adque *A*¹
 atque *A*² 16. mariandynaei *A* 19. inde unde *A* inde *v*
 25. cythoros *A* tunc *A* tum *v* cynobus *A* Cinolis *Pintianus*
 26. calybes *A* 29. at *sic A* thermodaonta *A*¹ thermo-
 donta *A*² themiscurum *A*¹ themiscurum *A*²

curum oppidum, fuere et Amazonum castra, ideo
 Amazonium vocant. Tabereni Chalybas adtingunt, 106
 quibus in lusu risuque summum bonum est. ultra
 Mossyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne
 5 persignant, propatulo vescuntur, promise concumbunt
 et palam, reges suffragio deligunt, vinculisque et ar-
 tissima custodia tenent, atque ubi culpam prave quid
 inperando meruere, inedia diei totius adficiunt, ce-
 terum asperi inculti pernoxii adpulsis. dein minus feri, 107
 10 verum et hi inconditis moribus, Macrocephali, Bechiri,
 Buxeri. rarae urbes: Cerasunta et Trapezos maxime in-
 lustres. inde is locus est ubi finem ductus a Bosphoro 108
 tractus accipit, atque inde se in sinu adversi litoris
 flexus adtollens angustissimum Ponti facit angulum.
 15 hic sunt Colchi, huc Phasis erumpit, hic eodem nomine
 quo amnis est a Themistagora Milesio deductum oppi-
 dum, hic Phruxi templum et lucus, fabula vetere pellis
 aureae nobilis. hinc orti montes longo se iugo et 109
 donec Riphaeis coniungantur exporrigunt; qui altera
 20 parte in Euxinum et Maeotida et Tanain, altera in
 Caspium pelagus obversi, Cerauni dicuntur, idem ali-
 ubi Taurici Moschi Amazonici Caspii Coraxici Cau-
 casii, ut aliis aliisque adpositi gentibus ita aliis aliisque
 dicti nominibus. at in primo flexu iam curvi litoris 110
 25 oppidum est quod Graeci mercatores constituisse, et
 quia cum caeca tempestate agerentur, ignaris qua
 terra esset cycni vox notam dederat, Cycnum adpel-
 lasse dicuntur. reliqua eius ferae incultaeque gentes

2. adtingunt *A*¹ attingunt *A*² 3. ultra carambim *A* ultra
Vinetus 9. adpulsis *A*¹ appulsis *A*² 10. macrocephali *A*
 discheri *A* Bechiri *Vossius* 11. buxedi *A* Buxeri *Vadianus*
 aet *A*¹ et *A*² 11. 12. inlustres *A*¹ illustres *A*² 12. bosporo
*A*¹ bosphoro *A*² 14. adtollens *A*¹ attollens *A*² 16. quod *A*¹
 quo *A*² 18. <se> *A*² 22. caspi *A* 22. 23. caucasi *A*
 23. adpositis *A*¹ appositis *A*² 24. ad *A*¹ at *A*² alitoris
*A*¹ litoris *A*² 26. ignaris quae *A* ignaris qua *x* 27. 28.
 adpellasse *A*¹ appellasse *A*²

vasto mari adsidentes tenent, Melanchlaena, Toretica, sex Colicae, Coraxici, Phthirophagi, Heniochi, Achaei, 111 Cercetici, et iam in confinio Maeotidis Sindones. in Heniochorum finibus Dioscorias a Castore et Polluce Pontum cum Iasone ingressis, Sindos in Sindonum ab 5 112 ipsis terrarum cultoribus condita est. obliqua tunc regio et in latum modice patens inter Pontum Paludemque ad Bosphorum excurrit; quam duobus alveis in lacum et in mare profluens Coracanda paene insulam reddit. quattuor urbes ibi sunt Hermonassa, 10 113 Cepoe, Phanagorea, et in ipso ore Cimmerium. hac ingressos lacus accipit longe lateque diffusus, qua terras tangit incurvo circumdatus litore, qua mari propior est, nisi ubi aperitur, quasi margine obductus, 114 citra magnitudinem prope Ponto similis. oram quae 15 a Bosphoro ad Tanain usque deflectitur Maeotici incolunt, Thatae, Sirachi, Phicores et ostio fluminis proximi Ixamatae. apud eos easdem artes feminae quas viri exercent, adeo ut ne militia quidem vacent. viri pedibus merent sagittisque depugnant, illae 20 equestre proelium ineunt nec ferro dimicant, sed quos laqueis interceptere trahendo conficiunt. nubunt tamen, verum ut nubiles habeantur non in aetate modus est; nisi quae hostem interemere virgines 115 manent. ipse Tanais ex Riphaeo monte deiectus adeo 25 praeceps ruit, ut cum vicina flumina, tum Maeotis et Bophorus tum Ponti aliqua brumali rigore du-

1. adsidentes *A*¹ assidentes *A*² 1. 2. menanlea terrestrea sexsolicae coraxi cleptirophagi *A* Melanchlaena, Toretica, sex Colicae, Coraxici, Phthirophagi *C. Mueller in Frg. H. G. V p. 180* 2. haeniochi *A* 4. eniochorum *A*¹ haeniochorum *A*² dioschorias *A* 8. bosporum *A*¹ bosporum *A*² 10. 11. hermonos saccephoe *A* Hermonassa, Cepoe *Barbarus* 11. spanacorea *A* Phanagorea *scripsi* 14. propior *A*¹ propior *A*² 16. bosporo *A*¹ bosporo *A*² 17. thae taes erachi *A* Thatae, Sirachi *scripsi* 18. xamatae *A* Jxamatae *Holstenius* 25. manene *A*¹ manent *A*²

rentur, solus aestus hiememque iuxta ferens idem
 semper et sui similis incitatusque decurrat. ripas eius 116
 Sauromatae et ripis haerentia possident, una gens
 aliquot populi et aliquot nomina. primi Maeotidae
 5 Gynaecocratumenoe regna Amazonum, fecundos pa-
 bulo at alia steriles nudosque campos tenent. Budini
 Gelonion urbem ligneam habitant. iuxta Thyssagetae
 Turcaeque vastas silvas occupant alunturque venando.
 tum continuis rupibus late aspera et deserta regio ad 117
 10 Aremphaeos usque permittitur. his iustissimi mores,
 nemora pro domibus, alimenta baccae, et feminis et
 maribus nuda sunt capita. sacri itaque habentur, adeo-
 que ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis
 quoque ad eos confugisse pro asylo sit. ultra surgit
 15 mons Riphaeus ultraque eum iacet ora quae spectat
 oceanum.

POMPONII MELAE DE CHOROGRAPHIA

Liber II.

Asiae in Nostrum mare Tanainque vergentis 1
 20 quem dixi finis ac situs est, ac per eundem amnem 1
 in Maeotida remeantibus ad dexteram Europa est,
 modo sinistro latere innavigantium adposita. inde
 Riphaeis montibus proxuma, et huc enim pertinent,
 cadentes adsidue nives adeo invia efficiunt, ut ultra
 25 ne visum quidem intendentium admittant. deinde est
 regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen, quia
 grypi saevum et pertinax ferarum genus aurum terra
 penitus egestum mire amant mireque custodiunt, et

2. subsimilis *A* sui similis *x* 4. aliquod *A*¹ aliquot *A*²
 (bis) 5. Gyn//ecocratumenoe *A* 6. at alia *sic A* 14.
 quosque *A*¹ quoque *A*² 21. europae *A* Europa est *v* 22.
 adposita *A*¹ apposita *A*² 22. 23. in aeriphaeis *A* inde Riphaeis
scripsi proxuma *sic A* 24. adsidue *A*¹ assidue *A*²

- 2 sunt infesti attingentibus. hominum primi sunt Scythae, Scytharumque quis singuli oculi esse dicuntur Arimaspoë, ab eis Essedones usque ad Maeotida. huius flexum Buceis amnis secat. Agathyrsi et Sauromatae ambiunt; quia pro sedibus plaustra habent dicti Amas-xobioe. obliqua tunc ad Bosphorum plaga excurrens
 3 Ponto ac Maeotide includitur. in Paludem vergentia Satarchae tenent, in Bosphorum Cimmerica oppida Murmecion, Panticapaeon, Theodosia, Hermisium, in Euxinum mare Taurici. super eos sinus portuosus et
 10 ideo Calos limen appellatus promunturiis duobus includitur. alterum Criu metopon vocant, Carambico quod in Asia diximus par et adversum, Parthenion alterum. oppidum adiacet Cherronesus, a Diana, si creditur, conditum, et nymphaeo specu quod in arce
 15 4 eius nymphis sacratum est maxime inlustre. subitum ripam mare, et donec quinque milium passuum spatio absit a Maeotide, refugientia usque subsequens litora, quam Satarchae et Taurici tenent paene insulam reddit. quod inter Paludem et sinum est Taphrae
 20 nominantur, sinus Carcinites. in eo urbs est Carcine, quam duo flumina Gerrhos et Ypacares uno ostio effluentia adtingunt, verum diversis fontibus et aliunde delapsi. nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas,
 5 Ypacares per Nomadas evolvitur. silvae deinde sunt
 25 quas maximas hae terrae ferunt, et Panticapes qui Nomadas Georgosque disternat. terra tum longe distenta tenui radice litori adnectitur, post spatiosa

3. arimampsae A Armaspoe J. Gronovius 7. includit A
 includitur v palude A 8. sarthagae A Satarchae x cimerrica A 10. tauricis A 14. cerrhone A Cherronesus Barbarus
 16. ei//s A inlustres A¹ illustres A² 19. quod A quam scripsi 20. thaterae A Taphrae Barbarus 23. adtingunt A¹ attingunt A² 24. basitidas A Basilidas x 25. verba Ypacares per Nomadas excepit Vossius 28. post distenta add. A excedens cum Pintiano delevi

modice paulatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem
 longa colligens latera facie positi ensis adfecta est.
 Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus ibi
 ludicro certamine celebrasse victoriam, et cum ab
 5 armis quies erat se ac suos cursu exercitavisse
 memoratur. ideo dicta est Dromos Achilleos. tum 6
 Borysthenes gentem sui nominis adluit, inter Scythiae
 amnes amoenissimus, turbidis aliis liquidissimus de-
 fluit, placidior quam ceteri potarique pulcherrimus.
 10 alit laetissima pabula magnosque pisces quibus et
 optimus sapor et nulla ossa sunt. longe venit,
 ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter
 alveo stringit, tantoque spatio navigabilis secundum
 Borysthenidam et Olbian, Graeca oppida, egreditur.
 15 Callippidas Hypanis includit. ex grandi palude oritur 7
 quam matrem eius accolae appellant, et diu qualis
 natus est defluit. tandem non longe a mari ex parvo
 fonte cui Exampaeo cognomen est adeo amaras aquas
 accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis et non dulcis
 20 hinc defluat. Asiaces proximus inter Callippidas Asia-
 casque descendit. hos ab Histricis Tyra separat; surgit
 in Neuris, qua exit sui nominis oppidum adtingit.
 at ille qui Scythiae populos a sequentibus dirimit, 8
 apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine
 25 exoritur. nam per immania magnarum gentium diu
 Danuvius est, deinde aliter eum adpellantibus accolis
 fit Hister, acceptisque aliquot amnibus, ingens iam
 et eorum qui in Nostrum mare decidunt tantum Nilo
 minor, totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus,
 30 reliquis navigabilibus effluit. ingenia cultusque gen- 9

2. adlecta *A*¹ allecta *A*² adfecta *Bursian* 7. adluit *A*¹ alluit
*A*² 8. turbidis/// *A* 10. laetissime *A* 15. gandi *A* 17.
 tantum *A* tandem *x* 18. examph₁eo *A* Exampaeo *J. Gronovius*
 21. descaendit *A* pyra *A* Tyra *v* 22. adtingit *A*¹ attingit
*A*² 26. danubius *A* Danuvius *scripsi* adpellantibus *A*¹ ap-
 pellantibus *A*² 27. aliquot *A*¹ *corr.* 29. quot *A*¹ *corr.*

tium differunt. Essedones funera parentium laeti et victimis ac festo coitu familiarium celebrant. corpora ipsa laniata et caesis pecorum visceribus immixta epulando consumunt. capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. haec sunt apud eos ipsos 5
 10 pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quique maioribus praestant, ita magis aut minus: ceterum isdem omnes notis et sic ut abluī nequeant. Satarchae auri argentique maximarum pestium ignari vice rerum commercia exercent, atque ob saeva hie- 10
 11 mis admodum adsiduae, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum bracati corpus, et nisi qua vident etiam ora vestiti. Tauri Iphigeniae et Orestis adventu maxime memorati immanes sunt moribus, immanemque famam habent solere pro vic- 15
 12 timis advenas caedere. Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt, mores regii, arma tantum sagittae. vagi Nomades pecorum pabula secuntur, atque ut illa durant ita diu statam sedem agunt. colunt Georgi exercentque agros. Asiacaē furari quid sit 20
 12 ignorant, ideoque nec sua custodiunt nec aliena contingunt. interius habitantium ritus asperior, et incultior regio est. bella caedesque amant, mosque est bellantibus, cruorem eius quem primum interemerunt ipsis ex vulneribus ebibere. ut quisque plures interemerit 25
 13 ita aput eos habetur eximius; ceterum expertem esse caedis inter opprobria vel maximum. ne foedera quidem incruenta sunt; sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant.
 13 id putant mansurae fidei pignus certissimum. inter 30

2. familiarum *A* familiarium *v* 7. praestat *A* 9. sarthae
A Satarchae *Pintianus* 10. atque *A*¹ *corr.* 11. adsidue *A*¹
 assidue *A*² 16. basilidiis *A* Basilidis *v* 17. regi*<i>* *A*
 (i in *ras.* *A*²) 18. pecorum durant *A* pecorum *delevit Vossius*
 24. cruore *A* 25. quisquis *A* quisque *x* 26. aput
sic A

epulas quot quisque interfecerit laetissima et frequentissima mentio, binisque poculis qui plurimos rettulere perpotant. is inter iocantis honos praecipuus est. pocula ut Essedones parentium, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur. Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum. Melanchlaenis atra vestis et ex ea nomen, Neuris statum singulis tempus est, quo si velint in lupos, iterumque in eos qui fuere mutantur. Mars omnium deus; ei pro simulacris enses et cinctoria dedicant, hominesque pro victumis ferunt. terrae late patent, et ob excedentia ripas suas plerumque flumina nusquam non ad pabula fertiles, alicubi usque eo steriles ad cetera, ut qui habitant lignorum egentes ignes ossibus alant.

His Thracia proxima est, eaque a Pontici lateris fronte usque in Illyrios penitus inmissa, qua latera agit Histro pelagoque contingitur. regio nec caelo laeta nec solo, et nisi qua mari propior est, infecunda, frigida, eorumque quae seruntur maligne admodum patiens, raro usquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat: sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. viros benignius alit, non ad speciem tamen, nam et illis asper atque indecens corporum habitus est, ceterum ad ferociam et numerum, ut multi immitesque sunt maxime ferax. paucos amnis qui in pelagus evadunt, verum celeberrimos Hebrum et Neston et Strymona emittit. montes in-

1. quot *A*¹ *corr.* interfecerit referre *A* referre *delevi*
 3. perpotant *A*¹ perpotat *A*² iocantis *A* iocantis *scripsi* 4. pocula//// *A* 5. apud *A*¹ *corr.* 11. et *A* ei *v* 12. tinctoria *A* cinctoria *x* 17. ea quae *A* eaque *v* 20. propior *A*
 23. tolerant *A* 25. arguere *A* 30. hebrum et neston strymona *A* Hebrum et Neston et Strymona *v*

terior adtollit Haemon et Rhodopen et Orbelon, sacris Liberi patris et coetu Maenadum, Orpheo primum initiante, celebratos. e quis Haemos in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Hadrian ex summo vertice
 18 ostendat. una gens Thraces habitant, aliis aliisque 5
 praediti et nominibus et moribus. quidam feri sunt et paratissimi ad mortem, Getae utique. id varia opinio perficit; alii redituras putant animas obeuntium, alii etsi non redeant non extinguere tamen, sed ad beatiora transire, alii emori quidem, sed id melius esse quam 10
 vivere. itaque lugentur apud quosdam puerperia nati- que deflentur, funera contra festa sunt, et veluti sacra
 19 cantu lusuque celebrantur. ne feminis quidem segnis animus est. super mortuorum virorum corpora interfici simulque sepeliri votum eximium habent, et quia 15
 plures simul singulis nuptae sunt, cuius id sit decus apud iudicatu- ros magno certamine adfectant. moribus datur estque maxime laetum, cum in hoc contenditur
 20 vincere. maerent aliae vocibus, et cum acerbissimis planctibus efferunt. at quibus consolari eas animus 20
 est, arma opesque ad rogos deferunt, paratique, ut dictitant, cum fato iacentis, si detur in manus, vel pacisci vel decernere, ubi nec pugnae nec pecuniae
 21 locus sit, *** manentque dominas proci. nupturae virgines non a parentibus viris traduntur, sed publice 25
 aut locantur ducendae aut veneunt. utrum fiat ex specie et moribus causa est. probae formosaeque in pretio sunt, ceteras qui habeant mercede quaeruntur. vini usus quibusdam ignotus est: epulantibus tamen ubi

1. adtollit *A*¹ attollit *A*² haemona *A* Haemon *Barbarus*
 rhodopen *A* Rhodopen *v* 2. orpheo *A* 8. perficit *A*¹
 corr. 16. nuptae *A*¹ corr. 19. alii *A* aliae *v* 20. eos *A*
 eas *v* 22. inmanis *A* in manus *v* 24. ante manentque
 lacunam statui dominos *A* dominas *v* nupturae *A*¹ corr.
 28. viri *A* vini *v*

super ignes quos circumsident quaedam semina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. in litoribus Histro est proxima Histropolis, deinde 22 Milesiis deducta Callatis, tum Tomoe et portus Caria 5 et Tiristis promunturium, quod praetervectos alter Ponti angulus accipit, adversus Phasiaco et nisi amplior foret similis. fuit hic Bizone, motu terrae intercidit. est portus Crunos, urbes Dionysopolis, Odessos, Messembria, Anchialos, et intimo in sinu, atque ubi 10 Pontus alterum sui flexum angulo finit, magna Apollonia. recta dehinc ora, nisi quod media ferme in 23 promunturium quod Thynian vocant exit, et incurvis contra se litoribus obtenditur, urbesque sustinet Halmydeson et Philiis et Phinopolim. hactenus 15 Pontus. deinde est Bosphorus et Propontis, in Bosphoro Byzantion, in Propontide Selymbria, Perinthos, Bytinis; amnesque qui interfluunt Erginos et Atyras. tum Rhesso regnata quondam pars Thraciae, et Bisanthe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela. post 20 locus quem Graei Macrontichos adpellant, et in radicem magnae paene insulae sedens Lysimachia. terra 25 quae sequitur nusquam lata atque hic artissima inter Hellespontum Aegaeumque procurrit. angustias Isthmon, frontem eius Mastusiam, totam Chersonesum adpellant ob multa memorabilem. est in ea 26 flumen Aegos, naufragio classis Atticae insigne; est et Abydo obiacens Sestos, Leandri amore pernobile;

1. circumsident *A*¹ *corr.* 4. malleis *A* Milesiis *scripsi*
 tu *A* tum *v* 5. pristis *A* Tiristis *Vossius* 8. dionysiopolis
A Dionysopolis *v* obdessos *A* 10. 11. apollophania *A* Apol-
 lonia *Barbarus* 12. thymnian *A* Thynian *scripsi* 13. ob-
 tenditur *A*¹ optenditur *A*² 14. helmydeson *A* phylas *A*
 Philiis *Bursian* 18. 19. bisaltae *A* Bisanthe *Barbarus*
 19. gypsela *A* Cypsela *Pintianus* 20. macrontichos *A* (ntihos
*A*³ *in spatio vacuo*) Macrontichos *Barbarus* 20. 21. radicem
sic A 21. peninsulae *A* 23. aegaeumque *A* 25. memorabile
A memora bilem *Pintianus* 27. post obiacens *add.* et *A*³

est et regio in qua Persarum exercitus divisas spatio pelagoque terras ausus pontibus iungere, mirum atque ingens facinus, ex Asia in Graeciam pedes et non navigata maria transgressus est; sunt Protesilai ossa consecrata delubro; est et portus Coelos, Atheniensibus 5 et Lacedaemoniis navali acie decernentibus Laconicae classis signatus excidio; est Cynos sema, tumulus Hecubae, sive ex figura canis in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto; est Madytos, est Eleus quae finit Helles- 10
 27 pontum. Aegaeum statim pelagus vaste longum litus inpellit, summotasque terras hinc ad promunturium quod Sunium vocatur magno ambitu mollique circumagat. eius tractum legentibus praevectisque Mastusiam sinus intrandus est qui alterum Chersonensi 15
 28 latum adluens iugo facie vallis includitur, et ex fluvio quem accipit Melas dictus duas urbes amplectitur, Alopeconensum et in altero Isthmi litore sitam Cardiam. eximia est Aenos ab Aenea profugo condita. circa Hebrum Cicones, trans eundem Doriscos, ubi 20
 Xerxen copias suas quia numero non poterat spatio mensum ferunt. dein promunturium Serrhion, et quo canentem Orpheia secuta narrantur etiam nemora Zone. tum Sthenos fluvius, et ripis eius adiacens
 29 Maronia. regio ulterior Diomedem tulit, inmanibus 25
 equis mandendos solitum obiectare advenas et iisdem ab Hercule obiectum. Turris quam Diomedis vocant

1. quam *A* qua *x* 4. prothesilai *A* 5. scaeolos *A* Coelos *Barbarus* 6. lacaedemoniis *A* 7. cynosaema *A* 10. macydos *A* Madytos *x* 11. egaeum *A* 13. 14. circumagat// *A* (*fuit* ur) 14. 15. massusiano *A* Mastusiam *Barbarus* 15. chersonense *A* Chersonensi *Bursian* 16. abluens *A* adluens *x* phacie *A* facie *v* 18. alopeconensum *A* Alopeconensum *Bursian* isthim *A* litoris *A* litore *editio a. 1499 Venetiis impressa*
 20. haebrium *A* 21. xersen *A* Xerxen *Tzschucke* 22. seriphion *A* Serrhion *Bursian* orphaea *A* 25. inmanibus *A*¹ immanibus *A*²

signum fabulae remanet, et urbs quam soror eius suo nomine nominavit Abdere; sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum physicum tulit, quam quod ita condita est. ultra Nestos fluit, interque eum 30
 5 et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis; inter Strymona et Athon Turris Calarnaea et portus Capru limen, urbs Acanthos et Echinia; inter Athon et Pallenen Cleona et Olynthos. Strymon, sicut diximus, amnis est longeque ortus et tenuis.
 10 alienis subinde aquis fit amplior, et ubi non longe a mari lacum fecit, maiore quam venerat alveo erumpit. Atho mons adeo altus est, ut credatur altius etiam 31
 quam unde imbres cadunt surgere. capit opinio fidem, quia de aris quas in vertice sustinet non abluitur cinis,
 15 sed quo relinquitur aggere manet. ceterum non promunturio ut alii, verum totus et toto longoque dorso procedit in pelagus. qua continenti adhaeret a Xerxe 32
 in Graios tendente perfossus transnavigatusque est. ima eius tenent parvae Pelasgorum coloniae. in
 20 summo fuit oppidum Acrothoon, in quo, ut ferunt, dimidio longior quam in aliis terris aetas habitantium erat. Pallene soli tam patentis, ut quinque urbium 33
 sedes sit atque ager, tota in altum abit, angusta satis unde incipit. ibi est Potidaea, at ubi laxius patet
 25 Mende Scioneque referendae, illa ab Eretriis, haec ab Achivis capto Ilio remeantibus posita.

Tum Macedonum populi aliquot urbes habitant, 3
 34

5. philippia A Philippi φ 6. calamea A Calarnaea
Barbarus 8. olynthos A sthrymon A 16. ē (i. e. est) A
 et *Tzschucke* longeque A longoque α 17. xeraxe A¹ xerse
 A² 18. et A est v post transnavigatusque est *add.* A
 athus freto navigabili pervius *removi haec verba* 20. acro
 (ahon) A (*litteras in ras.* A³) Acrothoon *Bursian* 23. atque
 A¹ *corr.* 24. pontidea A Potidaea v laxius A¹ *corr.*
 cioneque A Scioneque *Barbarus* 25. eretris A 27. mache-
 donum A quot A¹ *corr.* aliquot *Ciacconius*

quarum Pelle est et maxima *et* inlustris. alumni efficiunt,
 Philippus Graeciae domitor, Alexander etiam Asiae. in
 litore flexus Megybernaeus, inter promunturia Derim
 et Canastraeum et portum qui Cophos dicitur urbes
 Toronen et Myscellam atque unde ipsi nomen est ⁵
 Megybernam incingit. Canastraeo promunturio Sane
 35 proxima est, Megybernaeus autem in medio, qua terra
 dat gremium, modice in litora ingreditur. ceterum
 longis et in altum inmissis lateribus ingens inde
 Thermaicus sinus est. in eum Axius per Macedonas, ¹⁰
 et iam per Thessalos Peneus excurrit. ante Axium
 Thessalonice est, inter utrumque Cassandria, Cydna,
 Aloros, Itharis. a Peneo ad Sepiada Coryntha, Meli-
 boea, Castanaea pares ad famam nisi quod Philoctetes
 36 alumnus Meliboean inluminat. terrae interiores claris ¹⁵
 locorum nominibus insignes paene nihil ignobile ferunt.
 hinc non longe est Olympus, hic Pelion hic Ossa,
 montes gigantum fabula belloque memorati; hic Mu-
 sarum parens domusque Pieria; hic novissime calcatum
 Graio Herculi solum saltus Oetaeus; hic sacro nemore ²⁰
 37 nobilia Tempe; hic Libethra carminum fontes. tum
 iam vaste et multum prominens Graecia, et dum
 Myrtoum pelagus adtingat ab septentrione in meri-
 diem vecta, qua sol oritur Aegaeis, qua occidit Ioniis
 fluctibus obiacet. ac proximo spatiosa et Hellas no- ²⁵

1. pelles *A* Pelle est *scripsi* et ante inlustris *add. x*
 3. maegybernaeus *A* 3. 4. dirimet *A* Derim et *scripsi* 4.
 panastreum *A* Canastraeum *Pintianus* chopos *A* Cophos
Bursian 5. toronem *A* 6. canastreo *A* sena *A* Sane
H. Stephanus 7. megybernae<usa//> *A* (*litteras in ras.*
add. A³) Megybernaeus autem *v* 9. 10. inter maria *A* inde
 Thermaicus *Vossius* 11. penitus *A* Peneus *Barbarus* 12.
 thessalonicas *A* cynda *A* Cydna *Barbarus* 13. peno *A*
 Peneo *v* sepida *A* Sepiada *x* 14. castanias *A* Castanaea
Vinetus filoctetes *A* 15. moeliboean *A* inluminat *A¹*
 illuminat *A²* 17. olympus *A¹* olympus *A²* 20. grato *A*
 Graio *Barbarus* oetus *A* 25. obiacet *add. A* ante om. *x*

mine grandi fronte procedit, mox mari utroque et
 Ionio magis latera eius intrante, donec quattuor milia
 passuum pateat, media ferme prope inciditur. deinde 38
 rursum terris huc se et illuc, verum in Ionium mare
 5 magis expandentibus progressisque in altum, non tam
 lata quam coeperat, ingens tamen iterum et quasi
 paene insula extenditur, vocaturque Peloponnesos, ob
 sinus et promunturia, quis ut fibris litora eius incisa
 sunt, simul quod tenui tramite in latus effunditur,
 10 platani folio simillima. a Macedonia prima est Thes- 39
 salia, deinde Magnesia, Phthiotis, Doris, Locris,
 Phocis, Boeotis, Atthis, Megaris, sed omnium Atthis
 clarissima; in Peloponneso Argolis, Laconice, Mes-
 senia, Achaia, Elis, Arcadia; ultra Aetolia, Acarnania
 15 et Epiros usque in Hadrian. de locis atque urbibus 40
 quae mare non adluit haec maxime memoranda sunt:
 in Thessalia nunc Larissa aliquando Iolcos, in Mag-
 nesia Antronia, in Phthiotide Phthia, in Locride
 Cynos et Calliaros, in Phocide Delphi et mons Par-
 20 nassos et Apollinis fanum atque oraculum, in Boeotia
 Thebae et Cithaeron fabulis carminibusque celebratus;
 in Atthide Eleusin Cereri consecrata, et clariores 41
 quam ut indicari egeant Athenae, in Megaride unde
 regioni nomen est Megara, ut in Argolide Argos et
 25 Mycenae et templum Iunonis vetustate et religione
 percelebre, in Laconide Therapnae, Lacedaemon, Amy-
 clae, mons Taygetus, in Messenia Messene et Methone;
 in Achaia atque Elide quondam Pisae Oenomai, Elis 42

4. vero *A* verum *v* 7. peloponnesos *A*¹ *corr.* 10. in
 macedonia *A* a Macedonia *Pintianus* 11. aphthiotis *A*¹
 phthiotis *A*² 14. achaea *A* Achaia *v* aetolia *A*¹ aetolia *A*²
 15. adrian *A* Hadrian *scripsi* 17. clarissa *A*¹ larissa *A*²
 18. pthiotide pthia *A* 20. atque *A*¹ *corr.* 21. cithaeron
*A*¹ *corr.* 22. attide *A* Atthide *x* 23. megarida *A* Megaride
x 24. argolida *A*¹ *corr.* Argolide *v* 27. messania *A* Mes-
 senia *v*

- etiam num, delubrumque Olympii Iovis, certamine
gymnico et singulari sanctitate, ipso quidem tamen
simulacro quod Phidiae opus est maxime nobile.
- 43 Arcadium Peloponnesiaca gentes undique incingunt.
in ea sunt urbes Psopis, Tegea, Orchomenos, mon- 5
tes Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Maenalus, flumina
Erymanthus et Ladon, in Aetolia Naupactos, in
Acarmania Stratos oppida, in Epiro Dodonaei Iovis
templum, et fons ideo sacer, quod cum sit frigidus
et inmersas faces sicut ceteri extinguat, ubi sine igne 10
- 44 procul admoventur adcendit. at cum litora leguntur
a promunturio Sepiade per Demetrian et Halon et
Pteleon et Echinon ad Pagasaeum sinum cursus est.
ille urbem Pagasan amplexus amnem Sperchion ac-
cipit, et quia Minyae Colchida petentes inde Argo 15
- 45 navem solvere memoratur. ab eo ad Sunium tenden-
tibus illa praenaviganda: Maliacus et Opuntius grandes
sinus, et in his caesorum etiam Laconum tropaea
Thermopylae, Opoës, Scarpha, Cnemides, Alope, An-
thedon, Larumnae, Aulis, Agamemnoniae Graiorum- 20
que classis in Troiam coniurantium statio, Marathon
magnarum multarumque virtutum testis iam inde a
- 46 Theseo, Persica maxime clade pernotus; Rhamnus
parva, inlustris tamen, quod in ea fanum est Am-
phiarai et Phidiaca Nemesis; Thoricos et Brauronia 25
olim urbes iam tantum nomina. Sunium promun-
turius est, finitque id litus Hellados quod spectat

1. certamine *A*¹ *corr.* 5. tenia *A* Tegea *Pintianus*
6. cyllenius *A* Cyllenius *v* 7. naupacto *A* 10. inmersas *A*¹
immersas *A*² 11. adcendit *A*¹ accendit *A*² 12. a *ante* promun-
turius *add.* *A*² demetrian *A* Demetrian *Vossius* balon
A Halon *x* 15. cholcida *A* 16. memorantur *A* memoratur
v 17. malliacus *A* 18. tropea *A* 19. thermophylae *A*
oroës *A* Opoës *Barbarus* carpha *A* Scarpha *Vossius* 19. 20.
antedon *A* 22. virtutum *sic* *A* 23. thesaeo *A* thamnis
A Rhamnus *Barbarus* 24. inlustris *A*¹ illustris *A*² 25.
phoricos *A* Thoricos *Barbarus* bauronia *A* Brauronia *Vossius*

orientem. inde ad meridiem terra convertitur us- 47
 que ad Megaram ut modo latere ita nunc fronte
 pelago adiacens. ibi est Piraeus Atheniensium portus,
 Scironia saxa saevo quondam Scironis hospicio etiam
 5 nunc infamia. Megarensium tractus Isthmon adtingit; 48
 de illo cognomen est, quia quattuor milium spatio
 Aegaeum mare ab Ionio submovens angusto tramite
 Helladi Peloponneson adnectit. in eo est oppidum
 Cenchreae, fanum Neptuni, ludi quos Isthmicos vo-
 10 cant celebres, Corinthos olim clara opibus, post
 clade notior, nunc Romana colonia, ex summa arce
 quam Acrocorinthon adpellant maria utraque contuens.
 Peloponnesi oram, sicut diximus, sinus et pro- 49
 munturia lacerant, ab oriente Bucephalos et Cherso-
 15 nesus et Scyllaeon, ad meridiem Malea, Taenaros,
 Acritas, Ichthys, ad vesperum Chelonates et Araxos.
 habitant ab Isthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aesculapi
 templo incluti, et Troezenii, fide societatis Atticae in-
 lustres. portus Saronicus et Schoenitas et Pogonus, 50
 20 oppida autem Epidaurus et Troezene et Hermiona his
 litoribus adposita sunt. inter Scyllaeon et Malean
sinus Argolicus dicitur, inter Malean et Taenaron La-
conicus, inter Taenaron et Acritan Asinaeus, inter
Acritan et Ichthyn Cyparissius. in Argolico sunt 51
 25 *noti omnes Erasinus atque Inachus et notum oppi-*
dum Lerne, in Laconico Gythium et Eurotas, in ipso

2. *post Megaram add. atticae A delevi* 5. *ist//mon A*
 (*fuit h*) 7. *aegeum A* 8. *peloponeson A¹ peloponneson*
A² 9. *isthnicos A¹ corr.* 10. *corinthos A¹ corynthos A²*
 12. *acrocorinthon A* adpellant *A¹ appellant A²* 15.
malaea A 16. *ichthys A* et *taraxos A* et *Araxos x* 17. *istmo A*
scyllaeon A *epidauri A* 18. 19. *inlustres A¹ illustres*
A² 19. *sardonius A Saronicus v* et *etscoenitas A* et
Schoenitas x *pogonus A Pogonus Pintianus* 21. *adposita A¹*
apposita A² *malaeon A* 22. *sinus—Malean om. A add. v*
 23. *Asinaeus, inter Acritan om. A add. x* 24. *ichthy A ichthyn x*
 25. *atque A¹ corr.* 26. *cynthius A Gythium Pintianus*

Taenaro Neptuni templum et specus, illi quem in Ponto Acherusium diximus facie et fabula similis, in Asinaeo flumen Pamisum, in Cyparissio Alpheus. nomen dedit urbs in litore sita, huic Cyparissos, illi
 52 Asine. Messenii Pyliique terras colunt et ipsa pelago 5
 Pylos adiacet. Cyllene, Callipolis, Patrae oram illam tenent in quam Chelonates et Araxos excurrunt, sed Cyllene quod Mercurium ibi natum arbitrantur insignis. Rhion deinde, maris id nomen est, anguste et velut freto latus orae sequentis incidens inter Aetolos 10
 53 et Peloponnesiacos usque ad Isthmon inrumpit. in eo ad septentriones spectare litora incipiunt. in his est Aegion et Aegira et Olyros et Sicyon, at in adversis Pagae, Creusis, Anticyra, Oeanthia, Cirrha et notior aliquanto nomine Calydon et Evenos extra Rhion. in 15
 54 Achelous. in Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est. facit sinus qui angustis faucibus et quae minus mille passibus pateant grande pelagus admittit, faciunt urbes quae adsident: Actium, Argi Amphilochii, Ambracia, 20
 Aeacidarum regia Pyrrhique. Butroton ultra est, deinde Ceraunii montes, ab his flexus est in Hadrian. 55
 hoc mare magno recessu litorum acceptum et vaste quidem in latitudinem patens, qua penetrat tamen vastius, Illyricis usque Tergestum, cetera Gallicis 25
 Italicisque gentibus cingitur. Partheni et Dasaretae

3. panypsum A Pamisum Vossius 4. cyparisso A
 Cyparissos scripsi 5. messeni A 6. patriae A Patrae
 v 9. phion A Rhion x 10. sequenti A sequentis Vossius
 11. inrumpit A¹ irrumpit A² 13. scion A Sicyon v 14.
 chirra A 15. chalydon A 17. s<inu> (inu add. A³) A
 18. angusti<s> A (s in ras. 2 litt. add. A³) 20. adsidunt
 A adsident Bursian amphilocheis A Amphilochii Vadianus
 ambrachia A 21. regna A regia Pintianus 22. cerauni//
 A flexibus A flexus est Bursian 23. magnum A magno v
 25. tergestum A 26. italisque A Italicisque v parthenii
 A Partheni Pintianus

prima eius tenent, sequentia Taulantii, Encheleae,
Phaeaces. dein sunt quos proprie Illyrios vocant, 56
tum Piraei et Liburni et Histria. urbium prima est
Oricum, secunda Dyrrachium, Epidamnos ante erat,
5 Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris
omen id visum est. ultra sunt Apollonia, Salona, 57
Iader, Naron, Tragurium, sinus Polaticus et Pola,
quondam a Colchis ut ferunt habitata, in quantum
res transeunt! nunc Romana colonia. amnes autem
10 Aeas et Nar et Danuvius qui iam dictus est Hister:
sed Aeas secundum Apolloniam, Nar inter Piraeos et
Liburnos, per Histros Hister emittitur. Tergeste in-
tumo in sinu Hadriae situm finit Illyricum.

De Italia magis quia ordo exigit quam quia 4
15 monstrari eget pauca dicentur: nota sunt omnia. ab 58
Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit
se media perpetuo iugo Appennini montis adtollens,
inter Hadriaticum et Tuscum sive, ut aliter eadem
adpellantur, inter Superum mare et Inferum excurrit
20 diu solida. verum ubi longe abit in duo cornua
finditur, respicitque altero Siculum pelagus, altero
Ionium: tota angusta et alicubi multo quam unde
coepit angustior. interiora eius aliae aliaeque gentes, 59
sinistram partem Carni, et Veneti colunt Togatam
25 Galliam; tum Italici populi Picentes, Frentani, Dauni,
Apuli, Calabri, Sallentini. ad dextram sunt sub
Alpibus Ligures, sub Appennino Etruria; post La-
tium, Volsci, Campania et super Lucaniam Bruttii.
urbium quae procul a mari habitantur opulentissimae 60
30 sunt ad sinistram Patavium Antenor, Mutina et

1. paulanthi A Taulantii x encele A Encheleae *Olivarius*
4. orycum A 6. salonia A Salona x 7. tracurium
A 10. eas A Aeas v 11. eas A apollineam A 12.
13. intumo sic A 14. exegit A 17. adtollens A¹ attollens
A² 19. adpellantur A¹ appellatur A² 24. cauni A Carni
Barbarus 27. adpennino A¹ appennino A² 28. brutti

Bononia, Romanorum coloniae, ad dextram Capua a
 Tuscis, et Roma quondam a pastoribus condita, nunc
 61 si pro materia dicatur alterum opus. at in oris
 proxima est a Tergeste Concordia. interfluit Timavus
 novem capitibus exurgens, uno ostio emissus; dein 5
 Natiso non longe a mari ditem adtingit Aquileiam.
 62 ultra est Altinum. superiora late occupat litora Padus.
 namque ab imis radicibus Vesuli montis exortus parvis
 se primum e fontibus colligit, et aliquatenus exilis ac
 macer, mox aliis amnibus adeo augetur atque alitur, 10
 ut se per septem ad postremum ostia effundat. unum
 63 de eis magnum Padum adpellant. inde tam citus pro-
 silit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit undam
 agat, suumque etiam in mari alveum servet, donec
 eum ex adverso litore Histriae eodem impetu profluens 15
 Hister amnis excipiat. hac re per ea loca navigan-
 tibus, qua utrimque amnes eunt, inter marinas aquas
 64 dulcium haustus est. a Pado ad Anconam transitur
 Ravenna, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia, flu-
 men Metaurus atque Aesis. et illa in angusto illorum 20
 duorum promunturiorum ex diverso coëuntium inflexi
 cubiti imagine sedens, et ideo a Graeis dicta Ancona,
 inter Gallicas Italicasque gentes quasi terminus inter-
 65 est. haec enim praegressos Piceni litora excipiunt:
 in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra urbes, 25
 castella autem Firmum, Hadria, Truentinum; id et
 fluvio qui praeterit nomen est. ab eo Frentani mari-
 tima habent, Aterni fluminis ostia, urbes Bucam et

1. bonia *A* Bononia *x* 2. quondam pastoribus *A* quon-
 dam a pastoribus *v* 3. oriis *A* 6. atiso *A* Natiso *v* ad-
 tingit *A*¹ attingit *A*² 7. superita *A* superiora *x* 8. vesuvii
A vesuli *x* 12. adpellant *A*¹ appellant *A*² 19. fenestris *A*
 Fanestris *x* 25. humana *A* Numana *Vadianus* clyerna *A*
 Cluana *Cluverius* cypra *A* Cupra *Barbarus* 26. firmum *A*¹
 firmium *A*² id ei *A* id et *Vossius* 27. frenta villa *A*
 Frentani *Bursian* 28. aeterni *A* Aterni *v* bucara *A* Bucam
Vinetus

Histonium; Dauni autem Trifernum amnem, Cliterniam,
 Larinum, Teanum oppida, montemque Garganum. sinus 66
 est continuo Apulo litore incinctus nomine Urias, mo-
 dicus spatio pleraque asper accessu, extra Sipontum
 5 aut ut Grai dixere Sipuntem, et flumen quod Canusium
 adtingens Aufidum adpellant, post Barium et Gnatia
 et Ennio cive nobiles Rudiae, et iam in Calabria
 Brundisium, Valetium, Lupiae, Hydrus mons, tum
 Sallentini campi et Sallentina litora et urbs Graia
 10 Callipolis. hucusque Hadria, hucusque Italiae latus 67
 alterum pertinet. frons eius in duo quidem se cor-
 nua, sicut supra diximus, scindit: ceterum mare quod
 inter utraque admisit tenuibus promunturiis semel
 iterumque distinguens non uno margine circumit, nec
 15 diffusum patensque sed per sinus recipit. primus 68
 Tarentinus dicitur inter promunturia Sallentinum et
 Lacinium, in eoque sunt Tarentus, Metapontum,
 Heraclea, Croto, Thurium: secundus Scyllaceus inter
 promunturia Lacinium et Zephyrium, in quo est
 20 Petelia, Carcinus, Scyllaceum, Mystiae: tertius inter
 Zephyrium et Bruttium Consentiam, Cauloniam, Lo-
 crosque circumdat. in Bruttio sunt Columna Rhegia,
 Rhegium, Scylla, Taurianum et Metaurum. hinc in 69
 Tuscum mare flexus est et eiusdem terrae latus
 25 alterum, Maticana, Hipponium Vibove, Temesa, Clam-
 petia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus olim
 Phrygii gubernatoris nunc loci nomen, Paestanus sinus,

1. istonium *A* Histonium *x* claterniam *A* Cliterniam *v*
 2. lacrinum *A* Larinum *x* 4. siponium *A* Sipontum *x*
 5. sipyllum *A* Sipuntem *scripsi* 8. lupae *A* Lupiae *v*
 17. lacinum *A* 18. croto// *A* scyllaceus *A* Scyllaceus
v 20. scyllaceum *A* 21. paulo iam *A* Cauloniam *Barbarus*
 23. taurinum *A* Taurianum *Barbarus* 25. ionium *A*
 Hipponium *Pintianus* vibon etemis aclampetia *A* Vibove,
 Temsa, Clampetia *Bursian* (Temesa *scripsi*) 26. blunda *A*¹
 ablunda *A*² Blanda *x* buxentium *A*¹ *corr.* Buxentum *Barbarus*
 27. prestanus *A* Paestanus *v*

- Paestum oppidum, Silerus amnis, Picentia, Petrae quas
 Sirenes habitarunt, Minervae promunturium, omnia
 70 Lucaniae loca; sinus Puteolanus, Syrrantum, Hercu-
 laneum, Vesuvii montis adspectus, Pompei, Neapolis,
 Puteoli, lacus Lucrinus et Avernus, Baiae, Misenum, 5
 id nunc loci aliquando Phrygii militis nomen, Cumae,
 Liternum, Volturnus amnis, Volturnum oppidum, amoe-
 71 na Campaniae litora; Sinoessa, Liris, Minturnae,
 Formiae, Fundi, Tarracina, Circes domus aliquando
 Circeia, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentum, Ostia 10
 72 citra Tiberim in hoc latere sunt. ultra Pyrgi, Minio,
 Castrum novum, Graviscae, Cosa, Telamon, Populonia,
 Cecina, Pisae, Etrusca et loca et flumina; deinde Luna
 Ligurum et Tigulia et Genua et Sabatia et Albingau-
 num; tum Paulo et Varum flumina utraque ab Alpibus 15
 delapsa, sed Varum quia Italiam finit aliquanto notius.
 73 Alpes ipsae ab his litoribus longe lateque diffusae,
 primo ad septentrionem magno gradu excurrunt, deinde
 ubi Germaniam adtigerunt, verso inpetu in orientem
 abeunt, diremptisque populis inmanibus, usque in 20
 Thraciam penetrant.
- 5
 74 Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in
 duo latera divisa, atque altero Tuscum pelagus ad-
 tingens altero oceanum, hic a Varo illic a Rheno ad
 Pyrenaeum usque permittitur. pars Nostro mari ad- 25
 posita (fuit aliquando Bracata nunc Narbonensis) est
 magis culta et magis consita ideoque etiam laetior.
 75 urbium quas habet opulentissimae sunt Vasio Vocon-

1. prestum *A* Paestum *v* 3. 4. herculanacum *A* Hercu-
 laneum *v* 4. adspectus *A*¹ aspectus *A*² 5. et avernus *A*
 (*litteras et aver add. A*² *in spatio vacuo*) 9. formia *A*¹
 formiae *A*³ fundit *A* Fundi *v* 10. arodisium *A*¹ afrodisium
*A*² 11. anio *A* Minio *Cluverius* 12. grabuscae *A* Gra-
 viscae *Barbarus* 13. nomina *A* flumina *Cluverius* 14. ligulia
A Tigulia *x* 14. 15. albincaunum *A* 19. adtigerunt
*A*¹ attigerunt *A*² 25. pyreneum *A* 28. vasco *A* Vasio
Barbarus

tiorum, Vienna Allobrogum, Avennio Cavarum, Are-
 comicorum Nemausus, Tolosa Tectosagum, Secunda-
 norum Arausio, Sextanorum Arelate, Septimanorum
 Beterrae. sed antestat omnis Atacinorum Decimano-
 5 rumque colonia, unde olim his terris auxilium fuit,
 nunc et nomen et decus est Martius Narbo. in lito- 76
 ribus aliquot sunt cum aliquis nominibus loca: ceterum
 rarae urbes quia rari portus, et omnis plaga austro
 atque africo exposita est. Nicaea tangit Alpes, tangit
 10 oppidum Deciatum, tangit Antipolis. deinde est Forum 77
 Iuli, Octavanorum colonia, tum post Athenopolim et
 Olbiam et Tauroin et Citharisten est Lacydon Massi-
 liensium portus, et in eo ipsa Massilia. haec a Phocaeis
 oriunda et olim inter asperas posita, nunc ut pacatis
 15 ita dissimillimis tamen vicina gentibus, mirum quam
 facile et tunc sedem alienam ceperit et adhuc morem
 suum teneat. inter eum et Rhodanum Maritima Avati- 78
 corum stagno adsidet, Fossa Mariana partem eius amnis
 navigabili alveo effundit. alioqui litus ignobile est, la-
 20 pideum ut vocant, in quo Herculem contra Alebiona
 et Dercynon Neptuni liberos dimicantem cum tela
 defecissent ab invocato Iove adiutum imbres lapidum
 ferunt. credas pluvisse, adeo multi passim et late
 iacent. Rhodanus non longe ab Histri Rhenique fon- 79
 25 tibus surgit: dein Lemanno lacu acceptus tenet im-
 petum, seque per medium integer agens quantus venit
 egreditur, et inde contra occidentem ablatus ali-
 quandiu Gallias dirimit, post cursu in meridiem ab-
 ducto hac intrat, accessuque aliorum annuum iam

3. sectanorum *A* Sextanorum *x* 4. onis *A*¹ onnis *A*²
 omnis *Bursian* 11. octav//anorum *A* (*fuit i*) 12. laurion
A Tauroin *Kappius* et lacydon *A* est Lacydon *v* 18. adsidet
*A*¹ assidet *A*² 19. navigabilis *A* alioquin *A*¹ alioqui *A*²
 19. 20. lapideus *A* 20. 21. albiona et bergyon *A* Alebiona
 et Dercynon *Bursian* 23. pluvisse *sic A* 24. histria archeni-
 que *A* 25. lemanne *A* 27. contra in *A* contra *x* 27. 28.
 aliquandiu *A*¹ *corr.*

grandis et subinde grandior inter Volcas et Cavaras
 80 emittitur. ultra sunt stagna Volcarum, Ledum flumen,
 castellum Latara, Mesua collis incinctus mari paene
 undique, ac nisi quod angusto aggere continenti ad-
 nectitur insula. tum ex Cebennis demissus Arauris 5
 81 iuxta Agathan, secundum Beterras Orbis fluit. Atax ex
 Pyrenaeo monte degressus, qua sui fontis aquis venit,
 exiguus vadusque est, et iam ingentis alioqui alvei
 tenens nisi ubi Narbonem adtingit nusquam navi-
 gabilis, sed cum hibernis intumuit imbribus usque eo 10
 solitus insurgere ut se ipse non capiat. lacus accipit
 eum Rubraesus nomine spatiosus admodum, sed qua
 82 mare admittit tenuis aditu. ultra est Leucata litoris
 nomen et Salsulae fons, non dulcibus aquis defluens
 sed salsioribus etiam quam marinae sunt; iuxta campus 15
 minuta harundine gracilique perviridis, ceterum stagno
 subeunte suspensus. id manifestat media pars eius
 quae abscissa proximis velut insula natat, pellicue se
 83 atque adtrahi patitur. quin et ex his quae ad imum
 perfossa sunt suffusum mare ostenditur. unde Grais 20
 nostrisque etiam auctoribus, verine ignorantia an
 prudentibus etiam mendacii lubricitate visum est tra-
 dere posteris, in ea regione piscem e terra penitus
 erui, quod ubi ex alto hucusque penetravit per ea
 84 foramina ictu captantium interfectus extrahitur. inde 25
 est ora Sordonum et parva flumina Telis et Ticis,
 ubi adcrevere persaeva, colonia Ruscino, vicus Eli-
 berrae, magnae quondam urbis et magnarum opum
 tenue vestigium. tum inter Pyrenaei promunturia

4. 5. adnectitur *A*¹ annectitur *A*² 5. demissis *A* arausis
A Arauris *Vossius* 6. achathan *A* Agathan *Schottus*
 7. digressus *A* qua ui *A* qua sui *Vadianus* 9. ad-
 tingit *A*¹ attingit *A*² 14. salsule *A* 16. harundine
*A*¹ *corr.* 19. adtrahi *A*¹ attrahi *A*² 22. mendacii *A*
 25. caplantium *A* captantium *x* 27. adcrevere *A*¹ ac-
 crevere *A*² 29. promunturia *A*¹ promuntoria *A*²

Portus Veneris est sine salo et Cervaria locus Galliae finis.

Pyrenaeus primo hinc in Britannicum procurrit oceanum; tum in terras fronte conversus Hispaniam
 5 inrumpit, et minore parte eius ad dexteram exclusa trahit perpetua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite inmissus in ea litora quae occidenti sunt adversa perveniat. ipsa Hispania nisi
 10 adhaeret maxime angusta paulatim se in Nostrum et oceanum mare extendit, magisque et magis latior ad occidentem abit ac fit ibi latissima, viris equis ferro plumbo aere argento auroque etiam abundans, et adeo fertilis ut sicubi ob penuriam aquarum effeta ac sui
 15 dissimilis est, linum tamen aut spartum alat. tribus autem est distincta nominibus, parsque eius Tarracoenensis, pars Baetica, pars Lusitania vocatur. Tarracoenensis altero capite Gallias altero Baeticam Lusitaniamque contingens mari latera obicit Nostro qua
 20 meridiem, qua septentrionem spectat oceano. illas fluvius Anas separat, et ideo Baetica maria utraque prospicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem Nostrum. Lusitania oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septentriones, fronte ad occasum. urbium
 25 de mediterraneis in Tarracoenensi clarissimae fuerunt Palantia et Numantia, nunc est Caesaraugusta; in Lusitania Emerita, in Baetica Hastigi, Hispal, Corduba. at si litora legas, a Cervaria proxima est
 30 rupes quae in altum Pyrenaeum extrudit, dein Ticis flumen ad Rhodam, Clodianum ad Emporias, tum mons Iovis, cuius partem occidenti adversam, eminentia cautium quae inter exigua spatia ut gradus

1. sinu salso *A* sine salo *scripsi* 3. in *add.* *A*³
 bruttanicum *A*¹ brittanicum *A*³ 5. inrumpit *A*¹ irrumpit *A*²
 30. emporia// *A* (*fuit s*) 31. parti *A* partem *x* 31. 32.
 eminentiam *A* gradu *A*

90 subinde consurgunt, Scalas Hannibalis adpellant. inde
 ad Tarraconem parva sunt oppida Blande, Iluro, Baetulo,
 Barcino, Subur, Tolobi; parva flumina Baetulo iuxta Iovis
 montem, Rubricatum in Barcinonis litore, inter Subur et
 Tolobin Maius. Tarraco urbs est 5
 in his oris maritimarum opulentissima. Tulcis eam
 modicus amnis, super ingens Hiberus Dertosam ad-
 91 tingit. inde se in terras pelagus insinuat, et primum
 magno impetu admissum mox in duos sinus promun-
 92 turio quod Ferrariam vocant finditur. prior Sucronensis 10
 dicitur, maiorque ac magno satis ore pelagus accipiens,
 et quo magis penetratur angustior, Sorobin et Turiam
 et Sucronem non magna excipit flumina, urbes con-
 93 Saguntum illam fide atque aerumnis inclutam. sequens 15
 Ilicitanus Allonem habet et Lucentiam et unde ei
 nomen est Ilicem. hic iam terrae magis in altum
 eunt, latioremq; quam fuerat Hispaniam faciunt.
 94 verum ab his quae dicta sunt ad principia Baeticae
 praeter Carthaginem quam dux Poenorum Hasdrubal 20
 condidit nihil referendum est. in illius oris ignobilia
 sunt oppida et quorum mentio tantum ad ordinem
 pertinet, Urçi in sinu quem Urcitanum vocant, extra
 Abdera, Suel, Ex, Maenoba, Malaca, Salduba, La-
 95 cippo, Barbesula. fit deinde angustissimum pelagus, 25
 et proxima inter se Europae atque Africae litora
 montes efficiunt, ut initio diximus Columnae Herculis,
 Abila et Calpes, uterque quidem sed Calpes magis et

1. adpellant *A*¹ appellant *A*² 2. luro *A* Iluro *Pintianus*
 4. barginonis *A* 7. de//orsum (*fruit u*) *A* Dertosam *Tur-*
nebus 7. 8. adtingit *A*¹ attingit *A*² 9. 10. promuntorio
*A*¹ *corr.* 10. supronensis *A* Sucronensis *Barbarus* 15.
 inclutam *A* 23. urçi *A* Urçi *Tzschucke* sinum *A* uirgitanum
A Urcitanum *Tzschucke* 24. aderas velex *A* Abdera, Suel, Ex,
Ciacconius 24. 25. eis aldubal accipito *A* (eis *add. A*²) Salduba,
 Lacippo *Barbarus* 25. barbesulapit *A* Barbesula. fit *Ciacconius*

paene totus in mare prominens. is mirum in modum concavus, ab ea parte qua spectat occasum medium fere latus aperit, atque inde ingressis totus admodum pervius prope quantum patet specus; et sinus ultra 96
 5 est in eoque Carteia, ut quidam putant aliquando Tartesos, et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant atque unde nos sumus Tingentera. tum Mellaria et Bello et Baesippo usque ad Iunonis promunturium oram freti occupat. illud iam in occidentem et oceanum
 10 obliquo iugo excurrrens, atque ei quod in Africa Ampelusiam esse dixeramus adversum, qua nostra maria sunt finit Europen.

Gades insula quae egressis fretum obvia est 7
 admonet ante reliquas dicere quam in oceani litora 97
 15 terrarumque circuitum, ut initio promisimus, oratio excedat. paucae sunt in Maeotide, inde enim videtur commodissimum incipere; neque omnes tamen incoluntur, nam ne pabula quidem large ferunt. hac re habitantibus caro magnorum piscium sole siccata et
 20 in pollinem usque contusa pro farre est. paucae et 98 in Ponto, Leuce Borysthenis ostio obiecta, parva admodum, et quod ibi Achilles situs est Achillea cognomine. non longe a Colchis Aria quae Marti consecrata, ut fabulis traditur, tulit aves cum summa clade
 25 advenientium pinnas quasi tela iaculatas. sex sunt inter Histri ostia: ex his Peuce notissima et maxima. Thynias, Mariandynorum finibus proxuma, urbem habet, quam quia Bithyni incolunt Bithynida adpellant. contra Thracium Bosphorum duae parvae 99
 30 parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere et Cyanaeae vocantur et Symplegades.

6. tartes//os A 7. melana A Mellaria *Barbarus* 10. africanam A 10. 11. anpelusiam A 13. gades A¹ corr. 23. cholis A Colchis *Reinoldius* 27. cynias A Thynias *Pintianus* proxuma sic A 28. 29. adpellant A¹ appellat A² 29. trachium A 31. cyanitae A Cyanaeae v

- 100 in Propontide tantum Proconnesos habitatur. extra Hellespontum earum quae Asiaticis regionibus adiacent clarissimae sunt Tenedos Sigeis adversa litoribus, et quo dicentur ordine ad promunturium Tauri montis expositae quas quidam dici putavere Macaron, sive 5 quod fortunati admodum caeli solique sunt, sive quod eas suo suorumque regno Macar occupaverat;
- 101 in Troade Lesbos et in ea quinque olim oppida Antissa, Pyrrha, Eresos, Methymna, Mitylene, in Ionia Chios et Samos, in Caria Coos, in Lycia Rhodos. 10 in illis singulae sunt isdem nominibus urbes, in Rhodo tres quondam erant Lindos, Camiros, Ialysos.
- 102 quae contra Tauri promunturium inportune navigantibus obiacent Chelidoniae nominantur. in sinu quem maximum Asia recepit prope media Cypros, ad 15 ortum occasumque recto iugo se inmittens, inter Ciliciam Syriasque porrigitur, ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit et nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimae Salamis, Paphos et quo primum ex mari Venerem egressam accolae adfirmant 20
- 103 Palaepaphos. Parabos in Phoenice est parva et quantum patet tota oppidum, frequens tamen, quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet. parva et Canopos Nili ostio quod Canopicum vocant obvia est. Menelai gubernator Canopus ibi forte moriens nomen insulae, 25
- 104 illa ostio dedit. Pharos nunc Alexandriae ponte coniungitur, olim, ut Homericum carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta, et si ita res fuit, videri potest consecrantibus in tantum mutatae causas Nilum praebuisse, dum limum subinde et 30 praecipue cum exundaret litori adnectens auget terras,

3. sigaeis *A* 9. pyrra *A* erhesos *A* 12. camyros *A*
 ilisos *A* Ialysos *v* 13. inportune *A*¹ importune *A*² 14.
 sinum *A* 16. se inmittens recto iugo *A* recto iugo se inmittens
scripsi 18. nomen *A* novem *x* aliquot *A*¹ *corr.* 19. pafos *A*
 20. adfirmant *A*¹ affirmant *A*² 31. adnectens *A*¹ annectens *A*²

spatiumque augescentium in vicina vada promovet. in 105
 Africa contra maiorem Syrtim Euteletos, contra minoris
 promunturia Meninx et Cercina, contra Carthaginis sinum
 Chyarae, Thylae et Aegatae Romana clade memorabiles.
 5 plures Europae litoribus adpositae sunt: in Aegaeo 106
 mari prope Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace,
 Scandile, Polyaegos, Sciathos, Halonessos, et quam
 aliquando omnibus qui mares erant caesis tantum
 feminae tenuisse dicuntur Atho monti Lemnos ad-
 10 versa. Pagasaeus sinus Scyron prospicit, Cicynethon
 amplectitur. Euboea ad meridiem promunturium Ge- 107
 raeston et Capherea, ad septentrionem Cenaeum ex-
 trudit, et nusquam lata dum milium spatium habet
 ubi artissima est, ceterum longa totique Boeotiae ad-
 15 posita angusto freto distat a litore. Euripon vocant, 108
 rapidum mare, et alterno cursu septiens die ac septiens
 nocte fluctibus in vicem versis adeo inmodice fluens,
 ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur.
 aliquot in ea sunt oppida Styra, Eretria, Pyrrha,
 20 Nesos, Oechalia, verum opulentissimae Carystos et
 Chalcis. in Atthide Helene est nota stupro Helenae, 109
 et Salamis excidio classis persicae notior. circa Pello-
 ponneson etiam nunc in Aegaeo Pitynussa et Aegina
 Epidaurico litori proxima, Troezenio Calauria inter
 25 ignobiles alias leto Demosthenis nobilis; in Myrtoo 110
 Cythera contra Malean, Oenussa et Theganusa contra
 Acritam; in Ionio Prote, Asteria, Cephallania, Neritos,
 Same, Zacynthos, Dulichium et inter non ignobiles

3. menis *A* Meninx *v* 4. Chyarae *A*¹ *corr.* 5. ad-
 positae *A*¹ appositae *A*² aegeo *A* 7. scandyle *A* sciatos
A 10. sicynysson *A* Cicynethon *Vinetus* 11. 12. geresthon
A 12. capherean *A* cauneum *A* Cenaeum *Pintianus* 13.
 nos quam *A* nusquam *v* 14. 15. adposita *A*¹ appositae *A*²
 19. fretia *A* Eretria *v* 20. caristos *A* 23. aegeo *A* 24.
 calaura *A* 25. myrtio *A* Myrtoo *v* 26. tegeanyssa *A* The-
 ganusa *Barbarus* 27. rionio *A* in Ionio *v* prosteria *A*
 Prote, Asteria *Vinetus* nerytos *A*

- Ulixis nomine Ithaca maxime inlustris; in Epiro Echinades et olim Plotae nunc Strophades; contra Ambracium sinum Leucadia, et vicina Hadriatico mari Corcyra. hae Thracum Graiorumque terris obiacent.
- 111 at interius Melos, Olearos, Aegilia, Cothon, Ius, Thia, 5
Thera, Gyaros, Hippuris, Donyssa, Cythnos, Chalcis, Icaria, Cinara, Nisyros, Lebinthos, Calymnia, Syme. hae quia dispersae sunt Sporades, at Ceos, Sicinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos, Andros quia in orbem iacent Cyclades 10
- . 112 dictae. super eas iam in medio mari ingens et centum quondam urbibus habitata Crete ad orientem promunturium Samonium ad occidentem Criu metopon inmittit, nisi maior esset, Cypri similis, multis famigerata fabulis, adventu Europae, Pasiphae et Ariadnae 15 amoribus, Minotauri feritate fatoque, Daedali operibus et fuga, Tali statione atque morte, maxime tamen eo quod ibi sepulti Iovis paene clarum vestigium, sepulcrum cui nomen eius insculptum est adcolae ostendunt.
- 113 urbium notissimae Gnossos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, 20 Olopyxos, Therapnae, Cydonea, Moratusa, Dictynna. inter colles quod ibi nutritum Iovem accepimus fama
- 114 Idaei montis excellit. iuxta est Astypalaea, Naumachos, Zephyre, Chryse, Caudos et quas Musagorus numero

1. inlustris *A*¹ illustris *A*² 5. aegina *A* Aegilia *x*
cothonius *A* Cothon, Ius *scripsi* 5. 6. thyatira *A* Thia, Thera
Vossius 6. dionysia *A* Donyssa *Vadianus* cyanos *A* Cythnos
Reinoldius calchis *A* 7. pinara *A* Cinara *x* nyspiros *A*
Nisyros *v* libenthos *A* Lebinthos *Pintianus* camynis asyme
A Calymnia, Syme *Vossius* 8. aheos *A* at Ceos *scripsi*
cicynos *A* Sicinos *Reinoldius* 8. 9. sipanos *A* Siphnos *Vossius*
9. ahenea *A* Rhenea *Reinoldius* mycon *A* Myconos *x* spyros
A Syros *Pintianus* 13. calu *A* Criu *v* 15. pasiphae *A* Pasiphae
scripsi 17. fugata in *A* fuga, Tali *Pintianus* 18. 19.
sepulchrum *A*¹ sepulcrum *A*² 19. insculptum esse *A* insculptum
est *x* 21. olopixos *A* phaerapnae *A* Therapnae *Cellarius*
23. astycla *A* Astypalaea *Pintianus* 24. gryse *A* Chryse
v xaudos *A*¹ caudos *A*²

tres uno tamen vocabulo adpellant, atque, unde Carpathio mari cognomen est Carpathos. in Hadria Apsoros, Dyscelados, Absyrtis, Issa, Titana, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Linguarum, Diomedea, Aestria, Asine, atque ut Alexandriae ita Brundisio adiacens 5 Pharos. Sicilia, aliquando ut ferunt continens et agro 115 Bruttio adnexa, post freto maris Siculi abscissa est. id angustum et anceps alterno cursu modo in Tuscum modo in Ionium pelagus perfluit, atrox saevum 10 et Scyllae Charybdisque saevis nominibus inclutum. Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium adpulsis. ipsa ingens et tribus promunturiis in diversa procurrens graecae litterae imaginem quae delta dicitur efficit. Pachynum vocatur quod Graeciam spectat, Lily- 116 baeum quod in Africam, Pelorias quod in Italiam 15 vergens Scyllae adversum est. causa nominis Pelorus gubernator ab Hannibale ibidem conditus, quem idem vir profugus ex Africa, et per ea loca Syriam petens, quia procul intuente videbantur continua esse litora et 20 non pervium pelagus, proditum se arbitratus occiderat. ab eo ad Pachynum ora quae extenditur Ionium mare 117 adtingens haec fert industria: Messanam, Tauromenium, Catinam, Megarida, Syracusas et in his mirabilem Arethusam. fons est in quo visuntur iacta in Alpheum 25 annem ut diximus Peloponnesiaco litori infusum: unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasque depressus huc agere alveum atque hic se rursus extollere. inter Pachynum et Lily- 118 baeum Agragas est et Heraclea et Thermae; inter Lily-

1. 2. carpasio *A* 2. carphatos *A* 3. hasporos *A*¹ *corr.*
 Apsoros *x* dicedalos *A* Dyscelados *Vossius* 4. flecirides *A*
 Electrides *Barbarus* 5. alexandria *A* 7. Siculia *A* abscisa
A abscissa *v* 10. inclutum *A* 12. adpulsis *A*¹ appulsis *A*²
 14. 15. lilybeum *A* 17. idem *A* ibidem *v* 19. inuenti
*A*¹ intuente *A*² 22. adtingens *A*¹ attingens *A*² industria *A*¹
 illustria *A*² 24. alphaeum *A*

baeum et Pelorida Panhormus et Himera, interius
 vero Leontini et Centuripinum et Hybla aliaeque
 conplures; famam habet ob Cereris templum Henna
 119 praecipuam. montium Eryx maxime memoratur ob
 delubrum Veneris ab Aenea conditum, et Aetna quod 5
 Cyclopas olim tulit, nunc adsiduis ignibus flagrat. de
 amnibus Himera referendus, quia in media admodum
 ortus in diversa decurrit, scindensque eam utrimque
 alio ore in Libycum alio in Tuscum mare devenit.
 120 circa Siciliam in Siculo freto est Aeaeae, quam 10
 Calypso habitasse dicitur, Africam versus Gaulos,
 Melita, Cossura, propius Italiam Galata, et illae sep-
 tem quas Aeoli adpellant Osteodes, Lipara, Heraclea,
 Didyma, Phoenicusa, ac sicut Aetna perpetuo flagrat
 121 igne Hieria et Strongyle. set Pithecusa, Leucothea, 15
 Aenaria, Sidonia, Capreae, Prochyta, Pontiae, Panda-
 teria, Sinonia, Palmaria Italico lateri citra Tiberina
 122 ostia adiacent. ultra aliquot sunt parvae Dianium,
 Igilium, Carbania, Urgo, Ilva, Capraria, duae gran-
 des fretoque divisae, quarum Corsica litori propior, 20
 inter latera tenuis et longa, praeterquam ubi Aleria
 123 et Mariana coloniae sunt a barbaris colitur: Sardinia
 Africum pelagus adtingens, nisi quod in occidentem
 quam in orientem angustius spectat, par et quadrata
 undique et nusquam non aliquanto spatiosior quam 25
 ubi longissima est Corsica, ceterum fertilis et soli
 quam caeli melioris, atque ut fecunda ita paene

4. praecipua A praecipuam *Ciacconius* eryx A¹ corr.
 5. aethna A¹ aetna A² 6. adsiduis A¹ assiduis A² flagrat
 A¹ corr. 9. maxime A mare x 10. eae A Aeaeae x
 11. caulos A Gaulos *Barbarus* 13. aeoli A heracea A
 15. stroncytes et A Strongyle set *scripsi* 16. caprae A
 Capreae x corcytha A Prochyta x 17. parmalaria A Palmaria
Pintianus 18. iacent A adiacent *scripsi* 20. verba corsica
 etrusco post divisae *delevi* propior A¹ propior A² 21. aperta
 A Aleria *Vadianus* 22. celoniae A 23. adtingens A¹
 attingens A²

pestilens. in ea populorum antiquissimi sunt Ilienses,
 urbium antiquissimae Caralis et Sulci. at in Gallia 124
 quas referre conveniat solae sunt Stoechades ab ora
 Ligurum ad Massiliam usque dispersae. Baliares in
 5 Hispania contra Tarraconensia litora sitae non longe
 inter se distant, et ex spatio sui cognominibus acceptis
 maiores minoresque perhibentur. castella sunt in
 minoribus Iamno et Mago, in maioribus Palma et
 Pollentia coloniae. Ebusos e regione promunturii quod 125
 10 in Sucronensi sinu Ferrariam vocant eodem nomine
 urbem habet, frumentis tantum non fecunda ad alia
 largior, et omnium animalium quae nocent adeo ex-
 pers, ut ne ea quidem quae de agrestibus mitia sunt
 aut generet aut si invecta sunt sustineat. contra est 126
 15 Colubraria cuius meminisse succurrit, quod cum scateat
 multo ac malefico genere serpentium et sit ideo in-
 habitabilis, tamen ingressis eam intra id spatium quod
 Ebusitana humo circumsignaverunt sine pernicie et
 grata est, isdem illis serpentibus qui alioqui solent
 20 obvios adpetere adspectum eius pulveris, aliudve quod
 virus, procul et cum pavore fugientibus.

POMPONII MELAE DE CHOROGRAPHIA

Liber III.

Dicta est ora Nostri maris, dictae insulae quas ¹
 25 amplectitur. restat ille circuitus quem ut initio dixi-
 mus cingit oceanus. ingens infinitumque pelagus ₁

2. cararis *A* Caralis *Pintianus* 5. hispaniam *A* 8.
 samo *A* Iamno *Barbarus* parma *A* Palma *v* 15. columbaria
A Colubraria *x* 19. rara *A* grata *Curtius Wachsmuth* 20.
 adspectum *A*¹ aspectum *A*² 20. 21. aliudve qot verus *A* aliudve
 quod virus *Bursian* 25. ut ante initio *om. A*

et magnis aestibus concitum, ita enim motus eius
 appellant, modo inundat campos modo late nudat ac
 refugit, non alios aliosque in vicem neque alternis
 accessibus nunc in hos nunc in illos toto impetu
 versum, sed ubi in omnia litora, quamvis diversa sint, 5
 terrarum insularumque ex medio pariter effusum est,
 rursus ab illis colligitur in medium et in semet ipsum
 redit, tanta vi semper inmissum ut vasta etiam flumina
 retro agat, et aut terrestria deprehendat animalia aut
 2 marina destituat. neque adhuc satis cognitum est 10
 anhelitune id suo mundus efficiat, retractamque cum
 spiritu regerat undam undique, si, ut doctioribus pla-
 cet, unum animal est, an sint depressi aliqui specus
 quo reciprocata maria residant, atque unde se rursus
 exuberantia adtollant, an luna causas tantis meatibus 15
 praebeat. at ortus certe eius occasusque variantur
 neque eodem adsidue tempore, sed ut illa surgit ac
 demergitur ita recedere atque adventare conperimus.
 3 huc egressos sequentesque ea quae exeuntibus dextra
 sunt aequor Atlanticum et ora Baeticae frontis excipit, 20
 quae nisi quod semel iterumque paululum in semet
 abducitur usque ad fluvium Anam paene recta est.
 4 Turduli et Bastuli habitant. in proximo sinu portus
 est quem Gaditanum, et lucus quem Oleastrum ad-
 pellant, tum castellum Eborā in litore et procul a 25
 litore Hasta colonia. extra Iunonis ara templumque
 est, in ipso mari monumentum Caepionis scopulo
 5 magis quam insulae impositum. Baetis ex Tarraco-
 nensi regione demissus per hanc fere mediam diu
 sicut nascitur uno amne decurrit, post ubi non longe 30

1. it magnis *A* et magnis *v* 2. adpellant *A*¹ appellant
*A*² 14. undae *A* unde *x* 15. adtollant *A*¹ attollant *A*²
 16. at ortus sic *A* 17. adsidue *A*¹ assidue *A*² 18. adque
A conperimus *A*¹ comperimus *A*² 19. egressus *A*¹ egressos
*A*² 24. 25. adpellant *A*¹ appellant *A*² 25. litore *A*¹ *corr.*
 27. caepionis *A*¹ caepionis *A*² 28. 29. terraconensi *A*

a mari grandem lacum fecit quasi ex novo fonte
geminus exoritur, quantusque simplici alveo venerat
tantus singulis effluit. tum sinus alter usque ad finem
provinciae inflectitur, eumque parva oppida Olintigi,
⁵ Onolappa contingunt. at Lusitania trans Anam, qua ⁶
mare Atlanticum spectat, primum ingenti impetu in
altum abit, dein resistit ac se magis etiam quam
Baetica abducit. qua prominet bis in semet recepto ⁷
mari in tria promunturia dispergitur: Anae proximum,
¹⁰ quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera
fastigat, Cuneus ager dicitur, sequens Sacrum vocant,
Magnum quod ulterius est. in Cuneo sunt Myrtili,
Balsa, Ossonoba, in Sacro Laccobriga et Portus
Hannibalis, in Magno Eborā. sinus intersunt: et est ⁸
¹⁵ in proximo Salacia, in altero Ulisippō et Tagi ostium,
annis gemmas aurumque generantis. ab his promun-
turiis in illam partem quae recessit ingens flexus
aperitur, in eoque sunt Turduli veteres Turdulorum-
que oppida, amnes autem Munda in medium fere ultimi
²⁰ promunturii latus effluens, et radices eiusdem adluens
Durius. frons illa aliquamdiu rectam ripam habet, ⁹
dein modico flexu accepto mox paululum eminent, tum
reducta iterum iterumque recto margine iacens ad
promunturium quod Celticum vocamus extenditur.
²⁵ totam Celtici colunt, sed a Durio ad flexum Grovi, ¹⁰
fluuntque per eos Avo, Celadus, Nebis, Minius et cui
oblivionis cognomen est Limia. flexus ipse Lambri-
acam urbem amplexus recipit fluvios Laeron et Ullam.
partem quae prominet Praesamarchi habitant, perque ¹¹

5. at *A*¹ corr. 12. cuneo *A* (*litteras* cu *add. A*² in
spatio vacuo) 13. balio *A* Balsa *Barbarus* lattobrigal *A*
Laccobriga *scripsi* 15. proximum *A* 18. turauli *A* Tur-
duli *x* 19. in medium fere munda *A* Munda in medium
fere *v* 20. adluens *A*¹ alluens *A*² 21. aliquan//diu *A*
25. tutam *A*¹ totam *A*² 27. 28. lambriacam *A* (*litteras* acam
*add. A*² in *spatio vacuo*) 28. laeros *A* Laeron *Vossius*

eos Tamaris et Sars flumina non longe orta decurrunt, Tamaris secundum Eboram portum, Sars iuxta turrem Augusti titulo memorabilem. cetera super Tamarici Nerique incolunt in eo tractu ultimi. hactenus enim
 12 ad occidentem versa litora pertinent. deinde ad 5 septentriones toto latere terra convertitur a Celtico promunturio ad Scythicum usque. perpetua eius ora, nisi ubi modici recessus ac parva promunturia sunt,
 13 ad Cantabros paene recta est. in ea primum Artabri sunt etiamnum Celticae gentis, deinde Astyres. in 10 Artabris sinus ore angusto admissum mare non angusto ambitu excipiens Adrobricam urbem et quattuor annuum ostia incingit: duo etiam inter accolentis ignobilia sunt, per alia Ducanaris exit et Libyca. in Astyrum litore Noega est oppidum, et tres arae quas 15 Sestianas vocant in paeneinsula sedent et sunt Augusti
 14 nomine sacrae inlustrantque terras ante ignobiles. at ab eo flumine quod Saliam vocant incipiunt orae paulatim recedere, et latae adhuc Hispaniae magis magisque spatia contrahere, usque adeo semet terris 20 angustantibus, ut earum spatium inter duo maria dimidio minus sit qua Galliam tangunt quam ubi ad
 15 occidentem litus exporrigunt. tractum Cantabri et Vardulli tenent: Cantabrorum aliquot populi amnes-

2. pontum *A* portum *v* 3. 4. tamari cinerique *A* 6. septines/// *A* septentriones *v* 8. ac ante parva *A*² in spatio vacuo 10. etianasum *A* etiamnum *Vossius* 11. artabres *A* Artabris *x* 11. 12. non ante angusto *A*² in spatio vacuo 14. et libyca *A*² in spatio vacuo 15. noeca *A* Noega *Barbarus* 16. paeneinsula *A*¹ corr. augusti *A*¹ corr. 17. sacrae *A*² in spatio vacuo inlustrantque corr. illustrantque *A* 17. 18. at ab eo *A*² in spatio vacuo 18. incipiunt orae *A*² in spatio vacuo exceptis litteris in 19. latae adhuc *A*² exceptis litteris huc in spatio vacuo 20. contrahere usque adeo semet et terras angustantibus ut earum *A*² exceptis litteris contra in spatio vacuo semet et terras *A*² semet terris *x* 21. post earum add. rerum *A* expulit *Vadianus* maria *A*² in spatio vacuo

que sunt sed quorum nomina nostro ore concipi
nequeant. per † eundi et Salaenos Saunium, per
Autrigones et Orgenomescos Namnasa descendit, et †
Deuales Tritino Bellunte cingit, et Decium Aturia
5 Sonans Sauso et Magrada. Vardulli una gens hinc
ad Pyrenaei iugi promunturium pertinens cludit Hi-
spanias.

Sequitur Galliae latus alterum, cuius ora primo ²
nihil progressa in altum mox tantundem paene in ¹⁶
10 pelagus excedens quantum retro Hispania abscesserat,
Cantabricis fit adversa terris, et grandi circuitu adflexa
ad occidentem litus advertit. tunc ad septentriones
conversa iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni
annis expanditur. terra est frumenti praecipue ac ¹⁷
15 pabuli ferax et amoena lucis inmanibus. quicquid
ex satis frigoris impatiens est aegre nec ubique alit,
salubris, et noxio genere animalium minime frequens.
gentes superbae superstitiosae aliquando etiam im- ¹⁸
manes adeo ut hominem optimam et gratissimam diis
20 victimam crederent. manent vestigia feritatis iam
abolitae, atque ut ab ultimis caedibus temperant, ita
nihilominus, ubi devotos altaribus admovere, delibant.
habent tamen et facundiam suam magistrosque sapien-
tiae druidas. hi terrae mundique magnitudinem et ¹⁹
25 formam, motus caeli ac siderum, et quid dii velint
scire profitentur. docent multa nobilissimos gentis
clam et diu, vicenis annis, aut in specu aut in ab-
ditis saltibus. unum ex his quae praecipiant in vulgus

3. avariginos *A* Autrigones *Barbarus* orgenomescos *A*
Orgenomescos *AGronovius* 4. 5. verba devales — magrada
sanare non potui 4. aturia *A*² *exceptis litteris* ria *in spatio*
vacuo 5. magrada Vardulli una *A*² *exceptis litteris* magra *in*
spatio vacuo 6. promunturium *A*¹ promuntorium *A*² 15.
inmanibus *A*¹ immanibus *A*² quicquid *A*¹ *corr.* 16. im-
patiens *A*¹ *corr.* ager *A* aegre *v* 20. veritatis *A* feritatis
Vadianus 21. atque *A*¹ *corr.* 22. devotas *A* devotos
Pintianus 24. druidas *A*¹ *corr.* 27. vicinis *A* vicenis *v*

effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas
 esse animas vitamque alteram ad manes. itaque cum
 mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus. olim
 negotiorum ratio etiam et exactio crediti deferebatur
 ad inferos, erantque qui se in rogos suorum velut 5
 20 una victuri libenter inmitterent. regio quam incolunt
 omnis Comata Gallia. populorum tria summa nomina
 sunt, terminanturque fluviis ingentibus. namque a
 Pyrenaeo ad Garunnam Aquitani, ab eo ad Sequanam
 Celtae, inde ad Rhenum pertinent Belgae. Aquita- 10
 norum clarissimi sunt Ausci, Celtarum Haedui, Bel-
 garum Treveri, urbesque opulentissimae in Treveris
 Augusta, in Haeduis Augustodunum, in Auscis Elium-
 21 berrum. Garunna ex Pyrenaeo monte delapsus, nisi
 cum hiberno imbre aut solutis nivibus intumuit, diu 15
 vadosus et vix navigabilis fertur. at ubi obuius oceani
 exaestuantis accessibus adauctus est, isdemque retro
 remeantibus suas illiusque aquas agit, aliquantum ple-
 nior, et quanto magis procedit eo latior fit, ad po-
 stremum magni freti similis; nec maiora tantum navigia 20
 tolerat, verum more etiam pelagi saevientis exurgens
 iactat navigantes atrociter, utique si alio ventus alio
 22 unda praecipitat. in eo est insula Antros nomine quam
 pendere et adtolli aquis increscentibus ideo incolae
 existimant, quia cum videantur editiora quis obiacet, 25
 ubi se fluctus implevit illa operit, haec ut prius tan-
 tum ambitur, et quod ea quibus ante ripae collesque
 ne cernerentur obstiterant, tunc velut ex loco superiore
 23 perspicua sunt. ab Garunnae exitu latus illud incipit

6. inmitterent *A*¹ immitterent *A*² 9. aquitania *A*

13. augusta *A*¹ augusta *A*² angustodunum *A* 14. garrunna
*A*¹ garunna *A*² dilapsus *A*¹ *corr.* delapsus *v* 16. vadosis *A*

18. illius///que *A* 20. navigatio^{ia} *A* 24. adtolli *A*¹ at-
 tolli *A*² 27. ambit *A* ambitur *x* 28. obstiterat *A*¹ ob-
 stiterant *A*²

terrae procurrentis in pelagus et ora Cantabricis ad-
 versa litoribus, aliis populis media eius habitantibus,
 ab Santonis ad Ossismos usque deflexa. ab illis enim
 iterum ad septentriones frons litorum respicit, per-
 5 tinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec
 portu quem Gesoriacum vocant quidquam notius habet.
 Rhenus Alpibus decidens prope a capite duos lacus 24
 efficit Venetum et Acronum. mox diu solidus et
 certo alveo lapsus haud procul a mari huc et illuc
 10 dispergitur, sed ad sinistram amnis etiamnum et
 donec effluat Rhenus, ad dextram primo angustus et
 sui similis, post ripis longe ac late recedentibus iam
 non amnis sed ingens lacus ubi campos implevit
 Flevo dicitur, eiusdemque nominis insulam amplexus
 15 fit iterum artior iterumque fluvius emittitur.

Germania hinc ripis eius usque ad Alpes, a 3
 meridie ipsis Alpibus, ab oriente Sarmaticarum con- 25
 finio gentium, qua septentrionem spectat oceanico litore
 obducta est. qui habitant immanes sunt animis atque 26
 20 corporibus, et ad insitam feritatem vaste utraque
 exercent, bellando animos, corpora adsuetudine la-
 borum maxime frigoris. nudi agunt antequam puberes
 sint, et longissima apud eos pueritia est. viri sagis
 velantur aut libris arborum, quamvis saeva hieme.
 25 nandi non patientia tantum illis, studium etiam est. 27
 bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine
 arcessunt, neque inperitandi prolatandique quae pos-
 sident, nam ne illa quidem enixe colunt, sed ut circa

2. altis *A* aliis *v* 3. ossimo// *A*¹ ossismos *A*² 4. fros
*A*¹ frons *A*² 4. 5. pertinentque *A* 6. osoriciacum *A*¹
 gesoriciacum *A*² Gesoriacum *x* quidquam *A*¹ quicquam *A*²
 9. lapsus *A*¹ *corr.* haud *A*¹ *corr.* 10. sinistrum *A* 15.
 fluviis *A* fluvius *x* 17. oriente// *A* armaticarum *A*¹ sarma-
 ticarum *A*² 18. que *A*¹ qua *A*² oceanico *A*² *exceptis litteris*
co in spatio vacuo 21. adsuetudinis *A*¹ adsuetudine *A*²
 21. 22. laborum *A*¹ *corr.* 22. frigori// *A*¹ frigora *A*² frigoris
x 23. viri// *A* 27. inperitandi *A*¹ imperitandi *A*²

28 ipsos quae iacent vasta sint. ius in viribus habent,
adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus
boni, mitesque supplicibus. victu ita asperi incultique
ut cruda etiam carne vescantur aut recenti, aut cum
rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus 5
29 pedibusque subigendo renovarunt. terra ipsa multis
inpedita fluminibus, multis montibus aspera et magna
ex parte silvis ac paludibus invia. paludum Suesia,
Metia et Melsyagum maximae, silvarum Hercynia et
aliquot sunt quae nomen habent, sed illa dierum 10
sexaginta iter occupans, ut maior aliis ita et notior.
30 montium altissimi Taunus et Retico, nisi quorum
nomina vix est eloqui ore romano. annium in alias
gentes exeuntium Danuvius et Rhodanus, in Rhenum
Moenis et Lupia, in oceanum Amissis, Visurgis et 15
31 Albis clarissimi. super Albim Codanus ingens sinus
magnis parvisque insulis refertus est. hac re mare
quod gremio litorum accipitur nusquam late patet
nec usquam mari simile, verum aquis passim inter-
fluentibus ac saepe transgressis vagum atque diffusum 20
facie annium spargitur; qua litora adtingit, ripis con-
tentum insularum non longe distantibus et ubique
paene tantundem, it angustum et par freto, curvans-
32 que se subinde longo supercilio inflexum est. in eo
sunt Cimbri et Teutoni, ultra ultimi Germaniae Her- 25
miones.

⁴
33 Sarmatia intus quam ad mare latior, ab his quae

1. sinunt *A* sint *v* lus *A* ius *v* 4. <cr>ud<a> *A* (*litteras in ras. add. A³*) 8. 9. suesia metia *A³ in ras.* 10. aliquot *A¹ corr.* habeant *A¹* habent *A²* 11. et *ante* notior *add. A²* 12. quorum *A¹ corr.* 14. danubus *A* Danuvius *scripsi*
15. moenis est et *A¹* moenis et *A²* lupi *A¹* lupia *A³*
amis<sisius> urgis *A* (*litteras in ras. add. A³*) Amissis Visurgis
Parthey 17. acre *A* hac re *Pintianus* 21. adtingit *A¹*
attingit *A²* 21. 22. contentus *A* 23. 24. curansque *A¹*
curvansque *A²* 25. imbri *A* Cimbri *x* tautoni *A* Teu-
toni *x*

secuntur Vistula amne discreta, qua retro abit usque
 ad Histrum flumen inmittitur. gens habitu armisque
 Parthicae proxima, verum ut caeli asperioris ita in-
 genii. non se urbibus tenent et ne statis quidem 34
 5 sedibus. ut invitavere pabula, ut cedens ut sequens
 hostis exegit, ita res opesque secum trahens semper
 castra habitant; bellatrix, libera, indomita, et usque
 eo inmanis atque atrox ut feminae etiam bella cum
 viris ineant, atque ut habiles sint, natis statim dextra
 10 aduritur mamma, inde expedita in ictus manus quae
 exeritur, virile fit pectus. arcus tendere, equitare, 35
 venari, puellaria pensa sunt, ferire hostem adultarum
 stipendium est, adeo ut non percussisse pro flagitio
 habeatur, sitque eis poenae virginitas.

15 Inde Asiae confinia nisi ubi perpetuae hiemes 5
 sedent et intolerabilis rigor. Scythici populi incolunt, 36
 fere omnes et in unum Belcae adpellati. in Asiatico
 litore primi Hyperborei super aquilonem Riphaeosque
 montes sub ipso siderum cardine iacent; ubi sol non
 20 cotidie ut nobis sed primum verno aequinoctio exortus
 autumnali demum occidit; ideo sex mensibus dies et
 totidem aliis nox usque continua est. terra angusta 37
 aprica per se fertilis. cultores iustissimi et diutius
 quam ulli mortalium et beatius vivunt. quippe festo
 25 semper otio laeti non bella novere non iurgia, sacris
 operati maxime Apollinis, quorum primitias Delon
 misisse initio per virgines suas, deinde per populos
 subinde tradentes ulterioribus, moremque eum diu et
 donec vitio gentium temperatus est servasse referuntur.
 30 habitant lucos silvasque, et ubi eos vivendi satietas
 magis quam taedium cepit, hilares redimiti sertis semet

1. secuntur *A*¹ sequuntur *A*² abiit *A* abit *v* 2. inmittit
A inmittitur *Pintianus* 8. inmanis *A*¹ immanis *A*² 9. at-
 que *A*¹ *corr.* 17. adpellati *A*¹ appellati *A*² 24. qua *A*¹
 quam *A*² olim *A*¹ ulli *A*³ 29. temperatus *A* temperatus
Pintianus 31. serti<s se>m<et> *A* (*litteras in ras. add. A*³)

ipsi in pelagus ex certa rupe praecipites dant. id eis
 38 funus eximium est. mare Caspium ut angusto ita
 longo etiam freto primum terras quasi fluvius in-
 rumpit, atque ubi recto alveo influxit in tres sinus
 diffunditur: contra os ipsum in Hyrcanium, ad sini- 5
 stram in Scythicum, ad dextram in eum quem proprie
 totius nomine Caspium adpellant; omne atrox saevum
 sine portibus, procellis undique expositum, ac beluis
 magis quam cetera refertum et ideo minus navigabile.
 ad introëuntium dextram Scythae Nomades freti litori- 10
 39 bus insident. intus sunt ad Caspium sinum Caspii
 et Amazones sed quas Sauromatidas adpellant, ad
 Hyrcanium Albani et Moschi et Hyrcani, in Scythico
 Amardi et Pestici et iam ad fretum Derbices. multi
 in eo sinu magni parvique amnes fluunt, sed qui 15
 famam habeat *** ex Ceraunis montibus uno alveo
 40 descendit, duobus exit in Caspium. Araxes Tauri
 latere demissus, quoad campos Armeniae secat, labitur
 placidus et silens, neque in utram partem eat, quam-
 quam intuearis, manifestus; cum in asperiora devenit 20
 hinc atque illinc rupibus pressus, et quanto angustior
 tanto magis pernix frangit se subinde ad opposita
 cautium, atque ob id ingenti cum murmure sonansque
 devolvitur, adeo citus ut qua ex praecipiti in subiecta
 casurus est non declinet statim undam, sed ultra quam 25
 canalem habet evehat, plus iugeris spatio sublimis et
 aquis pendentibus semet ipse sine alveo ferens; deinde
 ubi incurvus arcuatoque amne descendit fit tranquillus,

1. praecipiti A praecipites x 3. 4. inrumpit A¹ irrumpit
 A² 6. 7. proprietatius A¹ proprie totius A² in margine
 7. nominis A nomine Vadianus adpellant A¹ appellant A²
 8. belu//is A 12. adpellant A¹ appellant A² 13. mochi A
 Moschi Barbarus 14. amerdi A Amardi x debrices A
 Derbices v 16. habeant A¹ habeat A² post habeat nonnulla
 de Caso aut de Albano dicta intereïdisse videntur, cf. Plin. N.
 H. VI, 13, 39 17. post Caspium interpunxi 20. in asperiora
 A² exceptis litteris speriora 23. atque A¹ corr.

iterumque per campos tacitus et vix fluens in id litus
 elabatur. Cyrus et Cambyses ex radicibus Coraxici 41
 montis vicinis fontibus editi in diversa abeunt, perque
 Hiberas et Hyrcanos diu et multum distantibus alveis
 5 defluunt, post non longe a mari eodem lacu accepti
 in Hyrcanium sinum uno ore perveniunt. Iaxartes et 42
 Oxos per deserta Scythiae ex Sugdianorum regionibus
 in Scythicum exeunt, ille suo fonte grandis, hic in-
 cursu aliorum grandior, et aliquamdiu ad occasum ab
 10 oriente occurrens iuxta Dahas primum inflectitur, cur-
 suque ad septentrionem converso inter Amardos et
 Paesicas os aperit. silvae alia quoque dira animalia 43
 verum et tigres ferunt utique Hyrcaniae, saevum
 ferarum genus et usque eo pernix, ut illis longe
 15 quoque praegressum equitem consequi nec tantum
 semel sed aliquotiens etiam cursu unde coeperit sub-
 inde repetito solitum et facile sit. causa ex eo est,
 quod ubi ille interceptos earum catulos citus coepit
 avehere, et rabiem adpropinquantium astu frustraturus
 20 unum de pluribus omisit, hae proiectum excipiunt et
 ad cubilia sua referunt, rursumque et saepius remeant
 atque idem efficiunt, donec ad frequentiora quam adire
 audeant profugus raptor evadat. ultra Caspium sinum 44
 quidnam esset ambiguum aliquamdiu fuit, idemne oce-
 25 anus an tellus infesta frigoribus sine ambitu ac sine
 fine proiecta. sed praeter physicos Homerumque 45
 universum orbem mari circumfusum esse disserit
 Cornelius Nepos ut recentior, auctoritate sic certior;

2. coraxici *A* Coraxici *x* 3. editi et in *A* editi in *Ciacconius*
 4. hyrcanios *A* Hyrcanos *v* 6. laxartes *A* 6. 7. et per deserta
 scythiae oxos *A*¹ et oxos per deserta scythiae *A*² 7. surdia-
 norum *A* Sugdianorum *Reinoldius* 9. aliquan//diu *A* 12.
 aperit *A*¹ aperitur *A*² 19. adpropinquantium *A*¹ appropin-
 quantium *A*² 20. omissis *A* omisit *x* 21. remaneant *A*
 remeant *x* 22. atque *A*¹ *corr.* 24. aliquan//diu *A* 27.
 dixerunt *A* disserit *Curtius Wachsmuth*

* Pomponius Mela.

testem autem rei Quintum Metellum Celerem adicit, eumque ita rettulisse commemorat: cum Galliae pro consule praeesset, Indos quosdam a rege Botorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent requirendo cognosse, vi tempestatium ex Indicis aequoribus abrep-⁵ tos, emensosque quae intererant, tandem in Germaniae litora exisse. restat ergo pelagus, sed reliqua lateris eiusdem adsiduo gelu durantur et ideo deserta sunt.

⁶
⁴⁶ His oris quas angulo Baeticae adhuc usque perstrinximus multae ignobiles insulae et sine nominibus ¹⁰ etiam adiacent, sed earum quas praeterire non libeat Gades fretum adtingit, eaque angusto spatio et veluti flumine a continenti abscissa qua terris propior est paene rectam ripam agit, qua oceanum spectat duobus promunturiis evecta in altum, medium litus abducit, ¹⁵ et fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus inlustre. Tyrii constituere; cur sanctum sit ossa eius ibi sita efficiunt; annorum quis manet ab Iliaca tempestate principia ²⁰ ⁴⁷ sunt; opes tempus aluit. in Lusitania Erythia est quam Geryonae habitata accepimus, aliaeque sine certis nominibus, adeo agris fertiles, ut cum semel sata frumenta sint, subinde recidivis seminibus segetem novantibus, septem minime, interdum plures ²⁵ etiam messes ferant. in Celticis aliquot sunt, quas quia plumbo abundant uno omnes nomine Cassiteridas ⁴⁸ adpellant. Sena in Britannico mari Ossismicis adversa

5. tempestatium sic A indicatiis A¹ indicis A³ //aequoribus
A 8. a(s)siduo A (s in ras. A³) adsiduo scripsi 10. mustae
A multae v 12. adtingit A¹ attingit A² 15. promunturiis
A¹ promontoriis A² 18. inlustre A¹ illustre A² 19. ita
A¹ sita A² 21. erythria A Erythia v 22. geryone A Geryonae
Tzschucke 23. agri A agris scripsi 26. menses A messes v
aliquot A¹ corr. 28. adpellant A¹ appellat A² britannico
A¹ corr. osusmicis A¹ ossismicis A³

litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cuius
 antistites perpetua virginitate sanctae numero novem
 esse traduntur: Gallizenas vocant, putantque ingeniis
 singularibus praeditas maria ac ventos concitare car-
 5 minibus, seque in quae velint animalia vertere, sanare
 quae apud alios insanabilia sunt, scire ventura et
 praedicare, sed non nisi deditas navigantibus, et in id
 tantum ut se consulerent profectis. Britannia qualis 49
 sit qualesque progeneret mox certiora et magis ex-
 10 plorata dicentur. quippe tamdiu clausam aperit ecce
 principum maximus, nec indomitarum modo ante se
 verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum
 rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declara-
 turus portat. ceterum ut adhuc habuimus inter septen- 50
 15 trionem occidentemque proiecta grandi angulo Rheni
 ostia prospicit, dein obliqua retro latera abstrahit,
 altero Galliam altero Germaniam spectans, tum rursus
 perpetuo margine directi litoris ab tergore abducta
 iterum se in diversos angulos cuneat triquetra et
 20 Siciliae maxime similis, plana, ingens, fecunda, verum
 iis quae pecora quam homines benignius alant. fert 51
 nemora saltusque, ac praegrandia flumina, alternis
 motibus modo in pelagus modo retro fluentia et quae-
 dam gemmas margaritasque generantia. fert populos
 25 regesque populorum, sed sunt inculti omnes, atque ut
 longius a continenti absunt ita magis aliarum opum
 ignari, tantum pecore ac finibus dites, incertum ob
 decorem an quid aliud vitro corpora infecti. causas 52
 tamen bellorum et bella contrahunt ac se frequenter
 30 invicem infestant, maxime inperitandi cupidine stu-
 dioque ea prolatandi quae possident. dimicant non
 equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus

4. ac *A*¹ corr. 5. seque in *A*¹ corr. 7. dedita *A*
 deditas *Vossius* 17. altero *A*¹ corr. 25. atque *A*¹ corr.
 28. aliud *A*¹ corr. ultro *A* vitro *x* 29. sic *A* se *Pintianus*

Gallice armatis: covinnos vocant, quorum falcatis axibus
 53 utuntur. super Britanniam Iuerna est paene par
 spatium, sed utrimque aequali tractu litorum oblonga,
 caeli ad maturanda semina iniqui, verum adeo luxuriosa
 herbis non laetis modo sed etiam dulcibus, ut se 5
 exigua parte diei pecora impleant, et nisi pabulo
 prohibeantur, diutius pasta dissiliant. cultores eius
 inconditi sunt et omnium virtutum ignari *magis* quam
 54 aliae gentes, pietatis admodum expertes. triginta sunt
 Orcades angustis inter se diductae spatii, septem 10
 Haemodae contra Germaniam vectae. in illo sinu
 quem Codanum diximus eximia Scandinavia, quam adhuc
 Teutoni tenent, et ut fecunditate alias ita magnitudine
 55 antestat. quae Sarmatis adversa sunt ob alternos ac-
 cessus recursusque pelagi, et quod spatia quis distant 15
 modo operiuntur undis modo nuda sunt, alias insulae
 56 videntur alias una et continens terra. in his esse
 Oeonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum
 alantur, esse equinis pedibus Hippopodas et Panuati-
 os quibus magnae aures et ad ambiendum corpus omne 20
